


Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :


- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.



L. E. M.



et quum magis leui in domo sua. ut erat etiam multa publica



8


William of the benign and
merciful reigns on the Earth

in the year of our Lord 1603


R

2

V



LAVRENTII
VALLENSIS PATRITII ROMANI
HISTORIARVM FERDINAN-
DI REGIS ARAGO,
NIAE LIBRI
TREIS.





20628
L S

C. SILVANVS GERMANICVS AN;
tonio Fuccaro Augustensi viro magnanimo.

ET EREM REIPUBLICAE LIT;
terariæ cladem, tot tātisq; hac tenus bonor; uoci;
bus cōclamatam, iure omnes, dum memoria re;
pētimus, & cōquerimur, & mōrōribus tandem
impares silemus. Etenim perq; molesta omnibus
recordatio hēc est: & quæ admirationis plus omnino habeat,
q; par esse uideat: miserationis uero nunq; satis. Mediūs fidius
quid per crudelissima Gothorum, Longobardorumq; illa té;
pora, in summa Italie calamitate, tot annos flagrantib; bel;
lis integrum supetesse potuerit: cum rei nullius q; ferri, flam;
mæ, direptionisq; maior ratio habita sit: atq; ita in rem omnē
passim Romanam sœ uitum, ut plane nescias, hominibusne,
an absolutissimog; monumentis ingeniorum plus damni illa
tum, & an his aut illis, an utrisq; bellum potius indictū fue;
rit. Neq; minus etiam librorum iacturam tam grauem & ui
quis iuriæ ascriperit. prēstantissimō autem vigiliæ atq;
adeo eorum, quibus postilla florere contigerit, quo nam fato
aut ueterno affectæ perierint, aut in tenebris delituerint, non
intelligo. Quando ante alios Laurentius Valla, uir ea erudi;
tione, ut linguam latinam iam prope afflictam, nutantemq;
sustentat, hoc malū subrepēs, reuiuiscensq; magna ex parte
sensit. nec profuit ars mira libros excudēdi, eo iam tum etiā
prodente adiuēta. Siquidem historias ab eo cōscriptas, uix
est unus aut alter qui perlegerit: cū sint tamē opus & que sua
ipsius materia/ac emēdatissimi scriptoris ingenio perexitnū:
Iuuerit sane Valla nostros homines utraq; facūdia, & Thu;
cididis ferme fuerit assecutus sententias: in Herodoto uix ser;
uatas historiæ leges custodierit: Homerum alio quādoq; im;
petu, nec iisdem pedibus migrare permiserit: fictam Constan
tini principis donationem contenderit: dialeticam Romanis

saltem dialectis eloqui compulerit , libros de elegantia latini
sermonis in barbariem audacter instruxerit • dum hæc ipsa
historiaz uolumina (et si quota pars eoz quæ scribenda pro-
posuerat) principem sibi locum • nec omnino nisi summum
iure uendicent , tantumq; post hac exuperent , quantū uix dū
cognita ut suspiceretur meruere . Ea uero cum apud me tanq;
uinculis coherceri piaculum ducerem , indignūq; putarem ,
& Laurentium & Ferdinandum præcellentis Aragoniæ regē
exépli , parta sibi gloria fraudari , tibi dedico , ac sub tuo ædita
iam demum nomine , plerisq; omnibus impertio , ob id potis-
simum / q; perquādignus haberis , cuius auspiciis fama tam
ingentium uiroq; in medium progrediatur . Et cui per imor-
talem deum diserti labores , uiri sine controuersia doctissimi ,
q; bonarum litterarum cultori , doctorum simul & studiosoq;
amatori consecrentur rectius ? Cui deniq; præclara facta re-
gis iuxta prudentissimi / atq; etiam opulentissimi / q; tibi ? qui
animo magno elatoq; nihil minus q; opibus polleas , quibus
munifice / ac sapienter uti noueris , quod tam est rarū q; spe-
statū . Vanāq; Græcorum quorundam sententiam summa
tua cum laude reddideris , semina uirtutum nec in domo /
nec in ciuitate diuite inesse posse affirmantum . Sed iam
desinam , præsentis instituti oblitus , ne dum Laurētii / Ferdi-
nandiq; laudibus succumbendi trepidus abstineo , tuas æque
tantas audaci concepisse animo iure arguar . Vale .

LAVRENTII VALLENSIS PATRITII
ROMANI IN HISTORIARVM FER-
DINANDI REGIS ARAGONIAE
LIBROS PROOEMIVM.

N GRAVI DILIGENTIQ; HI-
storiam rerum gestar, quanta sit uel scriptori diffi-
culta, uel lectori utilitas: & si pleriq; conditores
oratoriæ artis, quæ historiæ mater est, atq; histo-
rici ipsi libroru suorum principiis testantur: tamen detrahunt
nobis philosophi, quidem & iū permagni ac peruetusti, cum
multum in prima tum plus in posteriore parte, anteferentes
historico poetā, q; dicant illū proprius ad philosophiam acce-
dere, quia in generalibus ueretur, & propositis factis exēplis
in uniuersum præcipiat. ut Homeris, qui nō tam superioru
tioru gesta narrat, q; quo modo futuri boni sapientesq; effi-
cientur, instituit. Historicum enim tantum narrare qualis
unus quispiam, aut alter fuerit, ueluti Thucidides, qui gesta
Periclis, Lysandri, aliorūq; nonnullorū sui tēporis scribit. Ita
primas partes tribuunt philosophis, secundas poetis, tertias
postremasq; historicis. Ego uero cū huic nequaq; opinioni af-
sentiar, tamen poetis multo plus q; illi faciunt tribuo, adeo ut
eos aut comparē philosophis, aut anteponam. Sed non cōti-
nuo historicis preferam, ac ne fortasse quidem conferā. Decet
enī opus quod aggredieris libero ore defendere. Itaq; primū
poetas cum philosophis, deinde cum historicis, tū hos ipsos
cum philosophis cōponam. Principio siquid momenti anti-
quitas habet, ut certe habet, poetæ philosophis, īmo sophis
antiquiores fuisse repperientur. Siquidem Homerus, atq;
Hesiodus non modo ante Pythagoram, qui primus philoso-
phus, sed ante illos quoq; sepm qui sophi, idest sapientes
uocati sunt, extiterunt. Qd si in eadē materia & hi & illi uer-
santur, profecto apparebit plus esse penes priores q; posterio-

res authoritatis, laudis, dignitatis: an non in eadem materia
utriq; uersantur? Quid enim habent hi, qui se studiosos sa-
pientiae uocat, quod poeta non tractet? Nonne Empedocles,
Aratus, Lucretius, Varro de naturalibus ac cœlestibus di-
putarūt? Non Vergilius de aruis, uinetis, arbustis, anima-
libus, animisq; etiam defunctorum, adiuncta physica ra-
tione cecinit? Non multi de medicina uersibus conscripse-
runt? Quid autem quod ad moralem pertinet Satyri alijud
q; disputando, præcipiendoq; mores informant? ad quem
ipsum finem Tragici, Comici, cæteriq; poetæ? sed sub per-
sona tendunt. Nā de dialetica scribere uersibus quodāmodo
ineptum sit, utpote dura quadam scientia & aspera: quanq;
non defuerunt, qui & de hac / & de cæteris liberalibus arti-
bus poemata panxerint. Quare quisquis est, qui poetas, nō
dico in numero philosophantium non ponat: sed cur existi-
met minus iis qui se peculiariter philosophos appellant, hoc
nomine dignos esse? qui etiam priores philosophari cœpe-
runt: & ubi ab istis differunt melius philosophatur. Habet
enim institutio illa sapientiae sub persona miram quandam
authoritatem, & quasi maiestatē, cū eximia modestia laude
coniunctam, ut apud Homerum cum legimus quid egerūt,
dixeruntq; Nestor, Agamemnon, Priamus, Hector, Ante-
nor, multo magis ad uirtutem incendimur, q; ex ullis phi-
losophorum præceptis. Adeo ipsum quoq; authorem tacita
quadam caritate complectimur. Nam præcipere aliis uelle,
fere odiosum est, qd' arrogantiam & tumorem animi olet.
Mens enim nostra sublimis ac superba, ut rectam præcep-
tionem tanquā a sapiētiore dedita accipere. sic eidem ob-
lique per exempla & blande subeunti acquiescit. Cum præ-
sertim illa uelut pictura personarum, & spem inducat ani-
mo, & stimulus æmulationis incutiat. Ex quo Horatius
non tantum suo iure, sed uere de Homero loquens, poetas
uno eodemq; in loco, non modo philosophis comparat, in-

quiens , Rursus quid uirtus,& quid sapientia possit . Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem , uerum etiam antefert , cum inquit . Quicquid sit pulchrum , quid turpe , quid utile , quid non . Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit . Qd si uel pares uel potius superiores philosophis censendi sunt poetæ Reliquum est , quare non sint historicis maiores , ne dicam pares , ostendant : in quo illud pro nostra in poetas benevolentia donamus , historiam non fuisse poesi priorem : et si prior fuit . Nam ut apud Latinos priora sunt annalia q̄ poemata : sic apud Græcos & Dares Phrygius & Dictys Cretensis , si uere fuerunt , priores Homero extiterunt . Nec fieri potest ut poetæ figmenta sua , non in rerum gestarū ueritate , uelut fundamentis ædificant . Nam nequid de antiquis historicis dicam , quorum est Trimegistus , quem Mercurium putat . certe Iuppiter ipse in columna aurea , ut esset monumētum posteris , gesta sua perscripsit . Sed hoc ut dixi donamus , satis habemus demonstrare , cum idem sit proprieti historico quod poetæ ut proposit , etiam delectet . Nimirum tanto robustiorem esse historiam quanto est uerior . At non uersatur circa uniuersalia , iūmo uero uersatur . Nulla enim alia causa huius operis est , q̄ ut per exēpla nos doceat . Vnde a Cicerone his uerbis laudata est . Historia testis tēporum , lux ueritatis , uita memorie , magistra uitæ , nūcia uetus statis . An est quisq̄ qui credat admirabiles illas in historiis orationes utiq̄ ueras fuisse , & non ab eloquenti / ac sapienti opifice personis , temporibus , rebus accommodatas : quibus nos eloqui & sapere doceret , qd in eius natura persona & grauissima testimonia , qd laudes , qd uituperationes , qd multa alia doctrinæ atq̄ sapiētiæ plena : nonne in uniuersum præcipiunt ? Neq̄ uero si solam , ut sic dicam , cutem rerum respiciamus , semper poesis tendit ad uniuersalia . Nam Pyndarus , Simoniades , Alceus , aliiq̄ lyrici singulorum laudes , & quidem uiuentium , ne dicam mercede , cecinerunt . Elegiacos & eorum

similes transeo, qui suos amores plerūq; tractauerūt. Et cōtra Xenophon magis optimi regis effinxit, q̄ uerā Cyri exposuit uitam. Nam de Esopo taceo, qui fabellas prosa oratione cōpo suit. Pudor me tenet & reuerētia Homeri atq; Vergilii, plura de hac re exequendi. Ideoq; iam historiam comparabo cum īstorum, qui nobis litem intentant philosophia, quorū nemo merus professusq; philosophus cōparandus est, neq; Homero Græcus, neq; Vergilio Latinus, imo ne Sallustio quidem ac Liuio nonnullisq; aliis historicis. Etenim quantū ego quidē iudicare possum, plus grauitatis, plus prudētiæ, plus ciuilis sapientiæ in orationibus historici exhibit, q̄ in præceptis ulli philosophi. Etsi uera fateri non piget, ex historia fluxit plurima rerum naturalium cognitio, quam postea alii in p̄cepta redegerūt: plurima morum, plurima omnis sapientiæ doctrina. Siquidem historicos philosophis priores fuisse docuimus: & si diuinorū quoq; hic facere mentionem uolumus: & Moses historicus, quo nemo prior scriptor extat, nec sapientior. & euangelistæ, quibus nihil sapientius, nil aliud q̄ historici sunt appellandi. Verum ut contra gentiles gentiliū documentis agamus, sicut superius fecimus, ita hic ad extremum, eam partem ubi questio est, Quintilianī testimonio confirmemus, qui ait: Neq; ea solum quæ talibus disciplinis continent, sed magis etiā quæ sunt tradita antiquitus, dicta & facta præclare & nosse, & animo semper agitare cōueniet. Quæ profecto nusq; plura maioraq; q̄ in nostrę ciuitatis monumentis reperiemus. An fortitudinem, fidem, iusticiā, continentiam, frugalitatē, cōtemptum doloris ac mortis, melius alii docebunt, q̄ Fabritii, Curiī, Reguli, Decii, Mutii, aliiq; īnumerabiles? Quantum enim Græci præceptis ualent, tantum Romanī, quod est maius exemplis. Vbi sunt qui utilitatem historiæ cauillantur? quam maiorem q̄ in philosophia esse, & ratione & autoritate conuincimus. Postquam de utilitate satis diximus, superest ut aliquid adhuc, quæ

pars prima a nobis proposita erat , de difficultate dicamus .
Oportet in historico esse , præter ipsam mirabilem quan-
dam & multis sane dotibus exaggeraram scribendi scien-
tiam , alia multa sine quibus nō possit suum munus implere .
Primum in cognoscenda re , solertiā / acumen / iudicium . Nā
quotus quisq; gerundis rebus , qui scribit interfuit . Qui uero
interfuerūt ii non modo , si a diuersis partibus steterint , inter
se dissentire solent , sed etiam si ab eisdem . Raro namq; eadem
res a pluribus eodē modo narratur , partim studio aut odio ,
partim uanitate , cum aliqua qua scire poterat nesciens uide-
ri uult scire , uel non uult uideri nescire , partim credulitate ,
cum aliis quibuscunq; referētibus temere credidit . Vix enim
fieri potest , ut unus omnia quę in re gerenda contingunt , sen-
sibus suis perceperit . Nonne igitur ad huiusmodi ueritatem
eruendam historico opus est non minori accuratione / ac saga-
citate , q; aut iudici in depræhendendo uero ac iusto , aut me-
dico in præuidendo morbo atq; curando . Deinde ubi nō alie-
na sed tua notitia niteris , tuumq; ipsius testimonium profi-
teris , quantæ curæ ac diligentia est efficere , ne illi parti cum
qua eras , ut Timagenes & Dicearchus in historia Alexādri ,
ut Xenophon in historia Cyri iunioris , ut Oppius Hircius ue-
in historia Cæsaris , fauere uidearis . Nam de his , qui de suis
ipsorum gestis scripserunt , non attinet dicere hoc tempore ,
neq; de iis qui olim ab aliis scriptas historias retractā tantū ,
atq; expoliunt . nō ueri , ut quibusdam placet , dicendi histo-
rici . Postremo quāta est opus ad hanc rem fide / atq; cōstātia ;
nequid malevolentia , nequid inuidie , neq; terrori . rursus ne
quid gratia , nequid spei , nequid p̄cibus , nequid ambitioni ,
nequid authoritati tribuas . utiq; cum de tua / aut de paulo su-
periore memoria scribas . & de his quibus cum uiuis , aut de
eoꝝ parentibus ac necessariis , in quo haud dubie & poetis &
philosophis historici sunt anteponendi . Hæc nos in uniuersum
ad cōmendationem historiæ , historiciq; satis est esse pre-

fatos de p̄senti aut̄ materia, aut de me priuatim dicere nihil
sane uisum est. Sed quoniam de Hispano rege locuturus sum
Ferdinando, qui primus e Castella regno Aragoniae potitus
est, aliquid de ipsa Hispania altius repetam.

LIBER PRIMVS.

LAVRENTII VALLENSIS PATRITII
ROMANI HISTORIARVM FER-
DINANDI REGIS ARA,
GONIAE LIBER
PRIMVS.

VROPAM TERTIAM ORBIS
terrarum esse partem fere traditum est: eamq;
e Africa haud multo maiorem. Non nulli fecerū
mediam, Africa illi subiecta eorum qui tertiam
uolunt. Quidam nō secundam magnitudine
dicunt esse, sed primam. Nos uero receptam opinionem, &
plurium autoritatē de numero sequētes, sicut magnitudinis
questionem in ambiguo relinquimus: quia parui refert hic
de ea pluribus dicere, ita palmā Europae tribuimus in omni
prope genere dignitatis. Quod nisi & planum esset, & aures
Latinorum Græcorūq; assentirentur, multis doctorum ho-
minum testimoniis demonstrare. Nunc publica persuasione
cōmuniq; consensu contentus sum. Ipsa autem Europa nusq;
aptius conuenientiusq; initiū sumere dicēda est, q; ubi primū
se ab Africa dirimit, non flumine aut monte, ut alibi fit, sed
fretō Oceani & Mediterranei maris, hoc est in Hispania;
quam caput Europae; et si illa triū dignissima est, caput orbis
terrarum fateri licet. Ex quo pleriq; in describendo orbe, ab
Hispania ueluti a capite incepérunt. Neq; est, quod aliqui
dicant mundi caput in oriente esse, pedes uero in occasu, ad
quē uergit Hispania, plusq; inesse dignitatis ubi lux oritur,
q; ubi tenebræ. Nam si cœli cardinem, & ut Græci dicunt
polū, consideremus, qui septentrio est, profecto non caput
pedesq; spectādi sunt, sed dextera, a qua occasum, & sinistra,
a qua ortum cōstat esse. Neq; idem dici de antartico polo in
contrarium potest. Si enim proprium rotæ est circumagi in
dextrum, nimirum articus caput erit, in cuius dextrum, non

HISTORIARVM

antarcticus, in cuius leuum, mundus rotatur. Verum sicut ad
cœlū Hispania, qua uergit in occasum in dextra esse cēsenda
est, ita ad ipsum orbem terrarum quia certissimum est caput
Europæ, caput nominari potest, nihil obstante eo, quod de
dignitate oriētis opponitur. Nam nullius rei principium est
suo fine præstatiū. Neq; alibi prius oriuntur tenebræ, q; ubi
prius orta est lux. Et in oriente ut dies ita nox prior est, ut ab
eis etiam tenebræ uenire uideantur. Oriens uidet primum
solem quasi florētem, occidens postremum quasi fructiferū,
illi dant lumen, nos accipimus, ab illorum hospitio prodit, a
nostro excipitur, de iis ad nos, de nobis ad eos commeat. Sed
superuacuū est de hac cū orientalibus contendere, qui nullū
certum locum, ubi apud eos pars orbis tertia recte incipiat,
possint ostendere, ut nos in Hispania facimus, quam iure
meritoq; caput debere dici Europæ, terrarumq; probauimus.
Hanc Romani cū reg; potirent, in duas diuisere prouincias,
Citeriorem, Vlteriorēq;. Quarum utraq; suas regiones certis
distinctas finibus, ac uocabulis habebat, quæ hodie pene
mutata sunt, ut necesse habeam, cum præsentibus futurisq;
hominibus scribam, non priscis nominibus uti, sed nostro se-
culo, ac iam longa ætate usitatis: si ab omnibus legentibus
intelligi uelim, ut ueteres quoq; ipsos video factitas. Nam
& hæc & cætera loca ferc diuersis subinde uocibus appellata
sunt. Et uetus sermo nihil aliud est, q; uetus loquendi consue-
tudo. Quis enim in Italia, in qua sumus, p his uocibus quib⁹
utimur, intelligat nūcupantem Brutios, Lucanos, Sānites,
Campanos, Volscos, Equos, Hernicos, Vmbros, Etruscos,
Gallos, Boios, Insubres. Ut admirari soleam, unde factum
sit, q; regionum prope omnium sint imutata nomina, cum
urbibus sua fere constent. Itaq; in hac re nō uetus statis autho-
ritatem sequar, sed nostrorum temporum consuetudini obse-
quar. Sed in hac ipsa consuetudine opus est iudicio. Nam ut
Florentiam potius dixerim q; Flumentiam, & Ferrariam q; forū
Arrii,

LIBER I PRIMVS.

Artii, & Papiā q̄ Tīcīnum, & urbem Castellū q̄ Tīsētū,
& alia multa: ita non Iānuam sed Genuam, non Cumas sed
Comum. Nam Cumæ iuxta Baías non extant, non Barcino-
nam sed Barcellonam, non Siciliam nisi insulam/ quam Ho-
tnerus vocat suo iure Trihacriam. In superioribus enim
& si autoritatem ex libris repetere possumus, eam tamē cō-
suetudo diuturna superauit. In posterioribus autem usus lo-
quendī cum ipsa autoritate ac uetus state consentit. Igitur Hi-
spania/cuius partes/regionesq; magis q̄ urbes/alia sortita sunt
nomina; nō tam quinq; sibi regna diuiditur, q̄ quinq; regibus
pāret, Castellæ/Aragonæ/Portugallæ/Nauarræ/Granatæ.
Multo omniū latissimum est Castellæ, q̄ obuersum fere occa-
no duobus ueluti brachiis/Portugalliam/ Granatamq; com-
plectitur, sinistro Granatam/ in mediterraneo mari, dextro
Portugalliam/quod est multo longius. Nam Vascones/Gal-
liamq; attingit, quæ nunc a Germaniæ quadam gente Fran-
cia dicitur, res omnibus, nisi Hieronymus tradidisset, sutura
ignota. In Castella ex omnibus potentissima est Ispalis, quā
uulgo Sibillam dicunt. In Portugallia Olissipona, quēd no-
men ab iis corrūpitur, qui uelut ab Vlysse Vlixbonā dicūt,
nescientes Vlyssēm illius uiri nōmē, sed sic a Latinis esse cor-
ruptum, prēterea Vlyssēm illuc non nauigasle: postremo hāc
uocem, si græcam origine sectari libet, ab equis ductam. Ibi
enim a multis est Græcorū/Latinorumq; traditum, equas Fa-
uonio, qui idem Zephyrus est, flāti obuersas tempore certo
cōcipere, eumq; partum esse perniciissimum, licet trienniū
non excedat. Opinor Homerum secutus, qui iugales Achil-
lis equos ad Oceanū Zephyro patre genitos tradit. In Gra-
nata/urbs eiusdem nominis, quæ regioni nōmen dedit, olim
vocata. Ab interno autem mari secundum Carthaginem in-
cipit regnum, quæ ab urbe Valentia, sicut de Granata dixi-
mus, nōmen accipit, quia caput regni est, ēmniū Hispaniæ
urbium, ut fertur, amoenissima, olim Romanorum colonia:

HISTORIARVM

postea non minima ex parte Cathalanorum, nam utriusque gentis proprie eadem est lingua; finitime alioquin iunctisque littoribus, quorum tractus parum differunt. Sed in mediterraneis multo plus possidet Cathalonia, cuius metropolis quidem est Tarragona, celeberrima uero Ilerda, ualidissima autem atque pulcherrima Barcellona. Eius finis ex altero latere ad montes Pireneos extenditur, & ad Narbonensem usque prouinciam quae nunc vulgo tantum prouincia dicitur, licet non seruatis usque quaquam limitibus. A tergo autem harum duarum sedet Aragonia ueluti maxima natu & primigenia sororum, a qua proprie rex appellatur, cuius metropolis est Cæsaraugusta, ubi reges ab eius archiepiscopo qui primus regni dicit, diametra accipiunt. Horum lingua similior est mediterraneis Castellanis, a quibus magna ex parte cinguntur, q[uod] Cathalaris, aut Valentini. Et de origine quidem horum nominum non putarem faciendum, ut redderem causam, nisi quædam de ea litteris tradita scirem, quæ mihi non plane probantur, ea tñ iudicio aliquæ relinquam. Atque ut de Cathalonia de qua uertustior est narratio, q[uod] de Aragonia. Nam de Valentia quæ nomen antiquum obtinet, nihil queritur, prius dicam, aiute fuisse Rogerium quendam, cui cognomen erat Cathalo, ad debellandas Hispanias a Carolo Magno, missum cum magno exercitu ac flore Galliarum, eumque cum uix quicquam Hispaniaz subegisset, breue intra tempus morbo extinctum, cum summa post eius obitum pernicie suorum. Vnde parum uerisimile est, ab hoc uiro prouinciae nomen impositum, quæ non subegerit, & a qua quodammodo subactus sit. Non enim calamitatis acceptæ sed partæ gloriæ testimonio debet nomen esse prouinciae. Quapropter non me pœnitet eius sententiaz esse, ut hoc nomen non recens sit, sed admodum uetus, cum legamus certe apud Plutarchū in vita Sertorii, urbē quandam ægregiam illic fuisse, nomine Cathalonem, & eius incolas, Cathalonios nuncupatos. Qd autem latius sit propagatum

LIBER PRIMVS.

id nomen, non esse mirandum. Nonnulla sunt exempla documento, ut ea ipsa quorum modo memini, Valentia/Grana ta/Francia/& Aprutium/apud ueteres una urbs erat, quam uulgo Teranum uocant, ubi adhuc reliquiæ antiquitatis extant, cum dicitur antistes Aprutinus. At nunc non urbē modo sed ingentem quoq; prouinciam complectitur. Et Campaniam a Capua dictam, multos autores habemus, de ueteri Campania loquor, quæ nunc terra laboris/idest culturæ dici tur, non de ea/quæ cur ita uocetur, non aliam/ q; ignoratione puto fuisse causam, quæadmodū illā Italæ partem/quæ olim Græcia maior dicebatur, uocare Siciliam. Quid alia longius querimus? ipsa Aragonia/de qua dicere secundo loco proponueram, si istis credimus, appellata est a fluvio quodam/eius nominis, qui illi ortus Iberum influit. In cuius uicina loca/Christiani uim hostium deuitantes fuga se receperāt. Ego ut de hac secunda satisfaciam, non satis implet apud me nomi nis fidem, aut tantulus fluuius/aut talis causa. Ideoq; malim dicere aliunde descendisse illam uocem, uel ex eo q; legitimus apud Ptolemeum fuisse populos, quos Iberus interfluit, no mine Aurigones. Nempe ubi media Aragonia est. Nā confu tare eos, qui dicunt Terraconem/quasi terram agonum, & Vrgellum / quasi urgens bellum, & Barcinonam/quasi bar cam nonam, aliaq; ridiculæ ethimologiæ/Græca/Latinæq; ac Barbara miscentes, ineptum sit:satis superq; falsitas se ipsa cō futat. Quod genus sunt ea, quæ de Hercule in Hispania nar rantur, quæ ne longius reprehendā, sat erit Plinium audire, qui de naturali historia ait. Vniuersa autem quæ de Hercule ac Pyrene/uel Saturno tradunt, fabulosa in primis arbitror: quæ iterum appellat portentosa Græciæ mendacia. Hæc nos tot uerbis disseruisse de iis regnis, in quibus nostra materia uersatur, non fuit alienum. Superest quinta & minima pars, regnū Nauarræ, cuius præcipua urbs est/Pempolon, partim Hispanis aliis / partim Ausetanis / Vasconibus / Aquitanisq;

HISTORIARVM

circundatum. Ideoq; sicut Aragonia/ nulla sui parte pertinet ad mare. Vbi non nihil mirandum est , q; tā parua regio/ per se cum exiguis aliquot aliis populis suā linguam habet adeo abhorrentem a cætera Hispania, ut nō magis abhorreat H̄breæ/ uel Græca . Nam & Granatensium/quæ & ipsa discrepat/ ut hæc lingua, non alia est/ q; Syrorum/Afrorum / Mau- torum, a quibus angusto traiectu/diuisi sunt:& a quibus le- ges & instituta cœperunt. Reliqui enim Hispani / & si diffe- runt sermone, tamē ita/ut Itali inter se/ut Galli / & Germani differunt. Cæterum horum quattuor Christianorum regum/ præter Portugallensem/alii ex eadem stirpe/ idest / ab eodem auo progeniti sunt, qui fuit rex Castellæ tantū, ut cæteri ma- iores/nomine Ioannes. Is duos filios ex uxore Helianore/Pe- tri filia, sororeq; etiam/ex matre Ioannis/& Martini, qui tres gradatim reges Aragoniæ fuerunt , Heinricum & Ferdinan- dum genuit, moriēlq; regnum Heinrico primigenio/ per ma- nus tradidit. Hic cum esset in omni uirtutū genere , cuicūq; optimorum regum par/in bellica laude maioribus responde- re non potuit. incōmoda semper/ac prope perdita ualeitudine: Quo minus ei prosperitas corporis in fratre impigro iuuene / & generof/ ac regii animi/grata erat:minusq; hominem ob id fraterne tractabat. Quod ille moderate ferens, quantum lice- bat se a regia frequētanda abstinebat, & quia in belli artibus/ celsioribulq; uirtutibus non dabatur, in his mediocribus suā indolem ostendebat, affabilitate/liberalitate/consiliis dandis/ re familiari augenda/liberis erudiendis / corpore exercendo. Brutus auunculi odium, suspectas uirtutes habētis , simula- ta deuitauit insania. Maioris tamē operis est, illud aperta uir- tute deuilitare:& odium pariter & inuidiam uincere. Augebat autem suspicionem regis(nihil est enim regum animo suspi- catius) q; uidebat fauorem/studiumq; populorū propensum in fratrem , non modo q; optima ualitudine / q; tanta ani- mi indole erat , uerum etiam q; prouentu filiorum felix

LIBER PRIMVS.

uidebatur. Nam rex aliquandiu prolem cum nō sustulisset, tandem Mariam sustulit, quā certe tres/quattuorue filii Ferdinandi/ætate anteceabant. Alfonsus/qui postea in regno Aragonum patri successit, Ioannes qui Nauarræ regnum adep-tus est. Henicus/qui magister sancti Iacobi. Et Sancius qui magister Calatravæ/fuerunt. Nam Petrus multo minor cæ-teris fuit, tanto iunior Maria/quanto maior Helianore sorori-bus, quarum altera fuit regina Castellæ, altera Portugalliaæ. Ita rex/aut orbus / aut unicæ pater/ & fratriis / & populorum animum/tum sibi / tum filiæ pertimescebat. Ideoq; proceres omnes/ac ciuitates iureiurando adegit, ad profitédam illam regni heredem, futuratq; reginam. Hanc deinde adhuc in-tra infantiaz annos/Alfonso prout licebat per ætatem despon-dit, adductus quidem ne regnum paternum/in extremam fa-miliam delaberetur, neue fratrem populosq; irritaret, ascito sibi pro genere homine peregrino, sed tamen non ex minima parte/ propter mirificam in Alfonso puero (erat enim q; illa maior quinq; annis) indolem/& incredibilem gratiam, adeo cōmodiorem filium sibi optare, se nō posse dicebat. Enimue-to Alfonsum non in ea modo ætate puerili uterq; parens, sed quoad uixerunt, unice certatiq; dilexerunt/amarunt/com-plexi sunt/ita ut alii liberi, res enim erat minime obscura, etiā si excellenti omnes indole , tamen nihil essent ad Alfonsum/ non minus ob alia carum/q; filius foret. Ea erat in usu & cō-suetudine benignitas/suauitas/probitas, ea in sermone prudē-tia/moderatio/iocūditas;is in rebus agendis uigor, ea magni-tudo animi, is contemptus pecuniarum/appetitusq; amicitia-rum & gloriæ. Quæ omnia & decor oris/& membrorum con-cinnitas/habilitasq; condiebat. Ea deniq; in parentes pietas/ obseruantia/crederes nihil eum magis studere, q; ut illis gra-tum facere posset. Hanc ipsam obseruantia/ pietatemq; in re-gem quoq; transtulerat. Ex quo per causam sponsæ familia-rius eo rex, arctiusq; q; patre utebatur, & ut generum regis

HISTORIARVM

immo & regni successorem/præcedere uolebat. Sed profecto raro respondent euenta propositis nostris, ut intelligere possimus, cōsilia humana utiq; diuina ratione superari. Alter fratrum sperat se relictum Mariam suam Castellæ reginam, cum alter frater/qui non sperabat, suam Mariam relicturus esset. Ille putat se hos coniuges regni sui facturum heredes, & hic qui non putabat sui facturus erat. Nam non ita multo post/regina concepit, & filium edidit, cui rex imposuit nō mē qd fuerat patris. Huic pucro/& si iure naturę & paterna uolū tate debebatur regnum, tamen filiam non aliter q primigeniam/quod nomen proprium est eius, cuius futura successio est, pater uocari præcepit, & testamento cavit, neuti q alium filio, si orbus liberis decederet, q sororem succedere. Verum nato regni herede/ & si filia plurimū uidebatur amisisse, plus tamen eius sponsus, cui iam desperandum erat / non modo regnum/uerum etiam sponsæ coniugium rege defuncto. Nā quomodo reginam collocaturam esse nuptum filiam/priuato potius uiro / q uel alicui ex Britannia, quam nunc Angliam uocant, principi unde ipsa traheret originem. In quod postea periculum deuētum est, atq; adeo de nuptiis actum erat, nisi puella/alium uirum se/q Alfonsum accepturam pernegasset. Et hoc iam declarato Aragoniæ rege Ferdinādo, nedum idco adhuc priuatam uitam agente non metueretur, sed quicmadmodum præter spem Alfonso regni successio obuenerat: iterumq; præter opinionem de manibus exciderat. Ita ad postremū præter spem opinionemq; regnum aliud adeptus est; ut iam tunc a pueritia uarietatem fortunæ / quam pleraq; uita expertus est, auspicaretur. Sed de Alfonso posterius late dicendum erit, nunc ad patres reuertamur. Non fuisse autem abhorrentem ab re bellica Henrici regis animum, uel ex eo patet/q; affecta ualetudine comparauit exercitum, quem aduersus Granatenses educeret, atq; eduxisset / nisi gravante morbo celerius opinione hominum excessisset e uita. Hanc

LIBER PRIMVS.

terte secum tūlit laudem , q̄ pro relligione bellum suscipere destinasset . Reliquit autem & filii & regni autores/tutoresq̄ secundum reginam / treis sibi maxime spectatos : Sancium Rodericum Daualos/ præfectum militiæ , quo sine controuersia / nemo erat illa tempestate apud regem/ nec integrior/ nec strenuitate præstantior . Petrum Valasci/ & Rogerium Lopizum Stuenigam . Ei defuncto/ubi Ferdinandus cum omni cætu procerum / regio more iusta persoluit : reliquum erat , ut is qui futurus esset rex ; uoce præfecti militiæ nuncuparetur . Quem autem is nuncupauerit , instituto patriæ/ pro rege habetur , & eius uocem cæteri cum læto clamore excipiunt . Sed hic tunc quid ageret hesitabat , & si regnū puero datum uolebat . Monebatur autem cum suo ipsius iudicio , tum procerum populorumq̄ fremitū . Non enim esse ex usu regni expectare donec anniculus adoleuerit , si modo adolescere daretur , cum Ferdinandus iam adultus presto sit , expectare qualis puer ille sit euasurus , cum assit is/ qualis uoto ex petēdus esse , cōmittere regni gubernacula regiis satellitibus : & eum qui sit rege/patre/fratre/regali animo clarus / excludi a paterno regno , ac subiici cum tanta sobole regii generis , libidini tutorq; , ut per speciem administrationis/in exilium agār , in carcerem coniiciant , in necem cum omni stirpe præcipitēt , quo ipsi impunius tyrannidem occupent , uel fato uel fraude extincto pupillo , ut florētissime domus familia/ breui tēpore omnis in nihilū recidat . Præstare igit̄ ut Ferdinandus succedat in regnū , illudq; postea Marię primigenię fratrīs , Alfonsoq; primigenio suo , quos prius iurauerat populi/in se regnatores/p manus tradar , aut Ioāni si dignior/ q̄ regnet uidebit . Hęc atq; huiuscmodi uerba exaudies pfectus , ut tenebat manu uexillū , stabatq; ante Ferdinādū/atq; oēm cētū , uti se oī in uidia exolueret , quē/inqt/me iubes fili regis Ferdināde nūcu pare regē te ne , an Alfōlū , an Ioānē . Fecit hac interrogatiōe/ qđ ipe erat in aliena , illū in sua ipius cā arbitrū . Hic respōsū

HISTORIARVM.

illud omnium seculorum memoria dignum, & uox aeternis
litteris dedicanda: ac nescio an nisi in fabulis simile factum/
aut par inueniri queat, sacro quodam rebus humanis exem-
plo, ut disceret homines plus pietatem/officiūq; in suos esse,
q; regnum. Cuius tamen rei fama per omnes fetme terras/nō
minus q; p̄to merito est peruagata tot causis/tanta occasione/
tanto hominum consensu/ad tantam spem uocatus, non in-
tegritatem animi flexit, non consilium distulit, non uocem
proferre dubitauit. Sed protinus/ecquem, inquit, alium nun
cupabis/q; Ioannē? Qd si nō audes me imirare ipsum, assum-
pto in humero infantulo, sicut erat statuta sublimi, ex loco
superiore exclamauit: Ioannes est rex. dicite omnes, rex Ioan-
nes. Quām uocem admirati uniuersi & ipsi subsecuti sunt cla-
mantes. identidem, rex Ioannes. Ita Ferdinandus hac consilii
celeritate, non dato hominibus spacio deliberādi, rapuit eosq;
excusſitq; iudicium. At tacite defuncto regi exprobavit in-
consultam suspicionem, qui tales fratrem/se quoq; meliore/
non belle tractasset, ac nequid/de animo eius in dubium re-
uocari queat, omne reliquum uitæ tempus declarat Ferdinā-
dum non aliter perseverasse q; incepérat. Postea uero q; suæ fi-
dei ac uirtutis sub oculis omnium tale specimen dedit, in se-
quentibus diebus, cum uideret apparatum belli solutum iri,
q; nemo unus ad eam rem administrandam satis idoneus pu-
taretur, necq; proceres qui ex aliis nationibus/ in honorem rel-
igionis/ ad id bellum conuenerant, decorum sibi ducerent,
sub iis tribus/aut eorum aliquo/militare, se ducem pollicitus
est. Atq; ira uolentibus/gaudentibusq; cunctis summa geren-
di belli ei defert. Cui se comité itur, cū ingēti necessariog; ma-
nu pmisit Sancius Rogeus ep̄s Palentinus/nō indecorū sibi
existimās p̄ religionē arma tractare: uit maxiū aimi/maio-
risq; & cōsiliī & fidei. Hoc cōi amico nisi Ferdinād⁹ ac regina
inter se trāsigūt, ut dimidiū regni/ qua pte ad hostes obiectū
est, uelut fidutiaꝝ ditioni, ac p̄curationi Ferdinandi cedat,

LIBER PRIMVS.

suumq; munus sit rem bellicam administrare : cætera quæ extra periculum posita sunt reginæ obtemperent. Interea rex barbarus / qui contra se parari bellum acceperat , postq; de langore / mox de obitu regis certior factus est , defunctum se periculo existimans/incepérat iam nonnihil de cura remittere. At ubi delectum Ferdinandum ducem comperit , uel magis timuisse dicitur , q; non per alium/ut rex fuerat , sed per se esset bella gesturus , illosq; ætatis ac uirium flore ostentaturos uirtutem , quoad posset per occasionem ut se dignū auo/dignum patre/dignum fratre /dignum etiam regno / indica-ret . Annixurus quoq; ut sibi & autoritatem / & potentiam compararet : igitur ad transmarinos reges mittit ut primo quoq; tempore traiiciant auxilia , & omni humana ope iuuent / Hispanam circumcisionem , aduersus incredibilem Christianorum multitudinem . in ea enim re positum decus generis religionisq; ne aut in seruitutem redigantur , aut sacra/nī trucidari malint , mutare cogantur . Etenim hunc regem/transmarini sacrosanctum & sentiunt / & nominant , q; pro tutela religionis oppositus est contra uim Christianam/ in ceruicibus suis imminentem . Ipse q; maximas potest , equitanis/peditanisq; copias cogit , omnes aditus / qua uenturos hostes suspicābatur intercepit/interciditue , præsidia disponit , oppida/castellaq; fossis/aggeribus/propugnaculis / turribus/stationibus/munit:omniq; & tormentorum / & telorum genere instruit . Nostro autem imperatori maiorem multo belli molem fore , si transmarina mittantur auxilia ; uidenti: prima curarum fuit classem cōparare , atq; eam ad rationem temporis instructam habere . Itaq; episcopum Palentinum/& Laurentium Zuarem/magistrum sancti Iacobi/ & generum eius Garsiam Fernandum/secundum a magistro , quem magnum cōmetidatōrē uocant , cum maxima copiāq; parte p̄mitit . Ipse Ispali ad maturādā classem aliquot dies cōsumit , qd faciendū sit p̄fectum , is fuit Ioannes Henrix , docet . Summa

HISTORIARVM

hæc fuit non minus pecuniam ad hostes / q̄ equos / arma / milites subuehi prohiberet . Nam is corpora aduersariorum armantur , uiresq; adduntur ; illa nostros animi plerunq; tentantur , & uelut exarmantur , & nostræ rationes in discrimen / perniciemq; deducuntur , ut postea re ipsa compertū est . His confectis , Ferdinandus cum reliqua parte exercitus uenit ad castra , quæ erant posita ad Setanillum , quod oppidum in media conualle / imminentibus utrinq; rupibus / collibusq; despicitur . Ab utroq; latere / extra teli iactum / & licet in depræssō loco sedeat , tamen in ædita aliquantulum / & circūcisa petra / situm est . Fluimine cuius idem quod ipsius oppidi est nomē , petre radices subluente pene circūfluum . Deniq; & natura & opere egregie munitū ad oriētē Granatæ uergens ; & iā appetebat solsticium æstiuum . multū enim temporis exequiis ap̄ parandis / consiliis habendis / rebus componendis / extractum erat . Ibi pro situ loci / quoniam cæteris tormentis / parum profici uidet Ferdinandus , turrim quæ muro admoueretur , excitare instituit ; magnum opus & laboriosum . quippe ab eo loco expugnanda urbs , qua tantum aditur , qui locus non minus celso muro / ac turribus / q̄ reliquus ambitus amne tutus est . Interea cū turris / musculi / uineæ / cæteræq; machinæ / ut cuiq; datum negocium est , fiunt . Ferdinandus præter quotidianas expeditiones / cum eadem copiarum parte / cum qua uenerat , oppida duo / Prineam / & Pegū / paucis diebus expugnat : erant enim parua . Tum oppidum Zaram aggressus , positis ante porta castris , asperime oppugnat , magnæq; cum periculo / multisq; cū uulneribus quotidie dimicabatur , & utrinq; nō nulli cadebāt , cum nostri primum replere fossas , deinde arietibus muros subruere , postremo scalas admouere ; illi contra his omnibus nostros prohibere niterentur , nec nisi tormentis res / atq; omni genere missilium / agebatur . Sed oppidanī tinctis ueneno sagittis utentes , nostros ad usum ueneni uicissim compulerunt . Tandem hinc machi-

LIBER A^T PRIMVS:

nis discussa muri parte, illinc ariete subruente turrim, intra tricessimum diem/ex quo die obsidere coeptum est, ditione facere coguntur, ut cum binis uestibns demigrent. Erant autem ad tria millia permiscui sexus / etatisq; , urbs militibus in premium laboris, & uulnerum diripienda conceditur. Transcribunturq; ibi incolae, eisq; ager Princeanus/Peganus/Zarus/pro cuiuscq; conditione/ac merito diuiditur; sed ita ut nemo Agarenam linguam teneret, pro colono admitteretur: ne quando sermonis comertio Christianis ac Barbaris / intercederet consuetudo: quippe ad prodictionem facillima occasio. Hos Granatam uersus abeuntes, & propter uxores / paruulosq; liberos/ac senes tardius iter facientes, Didacus/Demanius Adelittus, comparata omni Almuganeorum manu, de quo genere hominum postea dicemus, profectus a castris Setanillii, quæ aberant decem millibus passuum, asscutus est in angustiis quibusdam, & ad unum omnes occidit, siue odia gentis; siue predæ spe, q; crederet eos aurum ferti, siue ulciscendæ iniuriæ alicuius gratia, siue alterius persuasu/in uictoris iniudiciam. Eum reuersus Ferdinandus cum ad pœnam de posceret, ac primos socrorum. interponebant pleriq; preces, ut ueniam daret, quorum aliqui eo impensis absolutum operabant, ut iniudiciam in Ferdinandum conflarent, qui tantum captiuorum e manibus dimisisset. Hoc autem negante se ueniam dare posse, nisi fama periclitari uellet, ac fidem datam rupisse: responsum est a multis partibus / non permisurum exercitum / sanguine Christianorum / canibus illis parentari, resq; iam ad seditionem spectabat. Ferdinandus qui sciret multos adesse qui iniuderent: multos qui odissent; multos qui ob factiosam potentiam/non possent a se/ut potestate recenti duce, in officio teneri pronunciauit, Didacum/ sociosq; se donare quidem capitulis impunitate, sed non tamen criminie absoluere, ac quantum in ipso esset, unum Didacum ignominia notare, ut cū oibus quæ peccauit hac leni multa.

HISTORIARVM

tione decidat. Iam tunc apparet contumaces nonnullorum esse animos, & gloriæ ducis aduersari. Sed huic eo tempore opus erat dissimulatione & lenitate non ira aut saevitia. Dum hacten in mediterraneis aguntur, praefectus classis duas triremes dimittit, quæ siquas in traiectu barbarorum naues videant, intercipiant, ut quid apud hostes agitur explorent. Ille paucis diebus biremes duas Maurorum cursum in Hispaniam tenentes, nocte insequuntur. Quare altera quæ pergere ausa est, cum tota nocte elusisset, demum albente cœlo/in potestatem tritemium uenit, & se cum sociis missas dicit, nunciatum quam ad diem præsidium expectaretur, percūstatumque utrum semel rex Granatensis mitti auxilia uellet: an quod tutius per partes & furtim. Altera uero conuersa uelificatione, eo unde uenerat relata, nunciatur mare obsideri ab hostibus, quot autem nauibus inexploratum habere, duas se tantum Liburnicas obuiam obtulisse, cæteras putare in occulto esse, sociam non dubitare a duabus interceptam. Hæc ubi hostis accipit, non per partes sed semel tota classe agendū dicit, & eo diligenterius nauis instruit/ornatque Hispanas iam in salo esse audiebat, quas fallere toties in traiectu non posset. At nostræ continuis postea diebus prænauigantes, omnem illam Africæ oram/ut certius rem explorent, compræhensis aliquot nauiculariis negotiatoribus discunt accelerari nauium apparatus, quæ in Hispaniam subfidomittatur, ac duas & uiginti triremes iusta magnitudine/ ac iusto numero militum/ quattuor eadem forma, sed gradiores cū sexagenis singulas electissimis equis. Hoc explorato nostræ consentim ad suum locum reuersæ, librum iterum cum secundo nuncio/ad præfectum mittunt, quem doceat. Praefectus non ita multis diebus cæteras naues in salu deducit, ad eundem forte quo hostiles erant numerum. Paratisque iam ante rebus omnibus instruit/armatque. Ad hanc complures onerarias cū cōmeatu ampliore/nequando mittendum pro eo longius foret, cumque machinis, siqua ad mare oppida expu-

LIBER PRIMVS.

oppida expugnanda essent. Comitabantur autem has quæ plura nauigia minora. Nec diu postquam transitum obsidere cœperant expectatum est. Nam uix sexto die duæ Liburnicæ nostræ quæ procul magis quam cæteræ a freto aberat, sub ipsum solis ortum/conspicantur classem hostium non longius a se quam duodecim milibus passuum, nec a terra quam bis tantum. Datoque protinus / quod conuenerat signo, sociæ uenire festinant ad transitum, quia hostium proras tendere uident / occupant, leuatisque armamentis, ac suspensis remis/parati expectant, ut aut retro tendere, aut priusquam littori appellant, conserete manus cogantur. Et iam erant dimidio fere/quod ab inicio uiciniores hostibus, modo quiescentes, modo lente remigantes, atque interim/ita præfectus iusserat circiter iam horam diei secundam cibum sumentes. At Maurus cum ad primū conspectū totius classis aliquantum uela demississet, non nihil uel in deliberando, uel in præparando se ad bellum, cursum repræmississet, nauigationem deflectit, eo consilio/ut triremes ab aliis sciungat, quæ subsidio remiges carerent, ne cum tot pariter nauibus sibi sit dimicandum. Ita complicatis uelis in aduersum pene uentum/secundum terram remigare pergit. Præfectus cognito dolo, alio inuicem dolo utendum putat, confessimque & quam maxime poterat furtim strenuissimum quemque ex aliis nauigis/in trireme accitum/iubet occulte quiescere: nauigiaque ipsa de industria segnius sequi, quasi subsequi nequeant: dehinc cæteris præcipit cum signum dabitur, non nisi remiges/xwo multitudine dissimulet/exclament, ueluti sumpto animo/quia illi fugere uideantur. Vehementius autem a nostris/qui assenti cupiebat, quam ab illis remigabat, qui & hostes fatigare uolebant, nec ipsis cum triremibus pugnam detrectare, si aliter eo quo tenderent, peruenire nō possent. Cum iam prope tribus stadiis nostri abessent, nisi sicut erat constitutum clamorem tollunt. Illi omissis remis uela faciunt, conuersisque proris Mala cam petunt. Nostri quoque item faciunt, breuique tempore a

HISTORIARVM

suis remotiores/q ab hostili terra/hostem adipiscuntur. Tum ille/prout præceptum sibi erat , ne a latere/aut a tergo rostris nauium feriretur , quantum potest obuersis proris/aduersus proras excipit, imbre sagitta& ad ipsum incursum/ utrinq in alteros emissio. Mox coniectis ab Hispano in quacumq dabant Africanorum nauem/ferreis manibus/res no tam sagittis/ ac iaculis/q pilis/iaculisq gerebatur, utrisq non modo pro gloria/ imperio/libertate/uita/sed etiam pro relligione / annitebus. Addebat non leues illis stimulos, q in conspectu suorum / & de eorum quoq salute ac libertate pugnabat: quos auxilia diu expectantes,desertum iri nefas uidebatur. Sed Hispani & robore/& numero/& relligione superiores/magnâ multitudinē barbarorum trucidat , plurimiq in hostilem classem issiliētes, passim cedūt/capiunt/mergunt/aquis late cruore infectis. Tandem aliquot nauibus expugnatis/cæteri effusa fuga terrâ petunt, arenisq proras impingunt:malentes uitæ/q classi famæq consulere. Ita uiicti/atq exuti,quia uiictores atq instructi nequistabant, Granatenibus auxilio uenerunt. Haec naues partim ab ipsis/ne a uictoribus retraherentur,concrematæ sunt,partim a nostris/q eas extrahere non possent,cum ex turri Carbonaria,quæ est in littoræ Malacæ, illuc enim impactæ sunt , defendetur. Decem ex omnibus/aut in pugna/ aut in fuga cū suis remigibus/nautis/militibus/ atq omni armatura / captæ sunt. Præterea duæ Hippagines integris equis/ornamentisq. Nam totidem ex omni classe / cum rem inclinate uidissent , occupatis aliis/atq satagentibus/fugæ se mandauerant;quas postea classis Portugallensis/cū septâ oppidū in angustiis freti positū inuasit,repertas in sicco/deduxit uacuas atq abduxit. Rex Granatensis ubi accepit/ab auxiliariis suis/prælio nauili male pugnatum,quosdam non ex infimo loco uiros ex nostris corrumpit auro,quos sciebat animo alieno a duce esse. Abstinebo nominibus eorum,quos enim nemo pro certo pecasse conuicit , malignum sit a me/ueluti certi criminis/con-

LIBER. PRIMVS.

demnari, & quos dux ipse putauit subticēdos, ego quoque sub-
ticebo. Verus ne rumor/ an fictus fuerit , si quos rumor ter-
git/ ipsi uiderint: satis certe dedecoris sustinuere ex ea ifamia.
Crediti enim sunt ita rotas / axesque quibus turris innitebatur
per certos homines uitiasse, ut ad primum statim motum tur-
ris subsideret. Hoc satis ad impediendū/atque eludendū/ illius
anni conatum esse uidebatur , ita ut in reliquum tempus in-
ferre bellum Ferdinandus/aut non auderet /aut non posset,
aut minus cōmode posset. Turrim autem reficere etiā si cor-
di esset, si perfidia sociogue non dissuaderet, si temporis spaciū
pateretur; tamen rem frumentariam / qua maxime laborabat
exercitus, non permissuram/existimabant. Siquidem multo
exilior expectatione hominū, illa æstate messis fuerat: & exer-
citus/ex dimidio erat maior que pro cōmoditate, adeo multitu-
do ipsa/nonnūque ne uictoria potiamur in causa est. Ferdinandus
ut latus ex nauali uictoria / bonæque spei / ac fiduciæ ple-
nus, cum iam machinæ ad finem peruenissent , ita sollicitus
ob penuriam rei frumentatiæ/non prius de expugnatione op-
pidi/ubi nonnihil dura proponebatur dimicatio , agendum
constituit/que milites animo ac corpore refecisset, præda ingen-
ti boū/atque ouiuū, nam subtractus militibus cibus, non modo
membris uiires/fed etiā animæ/quæ magis que corpus pugnat,
uis subtrahitur. Pascebantur autem ferme omnia pecua Gra-
natensium / in ualle Cartanæ / triginta a Setanillio millibus
passuum. Hanc omnem multitudinem si possit, aut quantā
maximam possit , erat ad triginta millia capitum bouini pe-
coris/& quinquaginta ouium, ut abigat/negocium dat Lau-
rentio/& Garsiæ/quos supra diximus. Illi cum quattuor mil-
libus equitum/leuiter armatorum/ totidemque peditum / pro-
fecti, quinque & uiginti milliaribus confessis / noctu in ualle
quadam altis coarctata montibus, silentio sede capta quies-
cunt, ac de quarta uigilia/recentibus equis/iter peragunt, re-
liquo/ad custodiendas montium fauces/ præsidio duum mil-

HISTORIARVM

lium peditum , non quia eadem uia reuerti constituerent , sed ut ab hoste conspecti / i qui montes insedissent , speciem præberent prædatoriæ manus , illac reuersuræ , ignari tamen ipsi consilii ducis sui . Sed in difficulti re domestici quoq; celandi sunt , & perinde atq; hostes fallendi , præclareq; cum exercitu / ac populo agitur , si dum maiori parti bene cōsultum sit , minori male consulit : quanq; non defuit ad eripiendos e periculo socios cura , postq; prius consilium fortuna approbarat . Facto ex improviso / in greges armentaq; Laurentius incursu spaci satis ad cogendam prædatam habuit , priusq; ingens manus hostium / in apertis campis eum posset inhibere . Plurimi uel uiso præsidio / uel ex alioq; uoce cognito / esse ad introitum uallis , qua prædones uenissent , illuc qua cuiq; proximum est recurrunt , ut reuertentem cum præda hostem intercludant , exuantq; . Laurentius interea collocatis in medio arméatis / gibusq; , longiore uia / sed tutiore / castra uersus cursum inten dit : oues quas sequi nequibant / præter paucas , quas aut in equis / aut in humeris occisæ / discerptasq; socii ferebât , omnes omisit , iubens suos illis parcere , tanq; aliquando cotmodius prædæ futuris . Ambo autem cum maiori equitatus parte curabant , in postremis Laurentius / & Garsias leuia cum in sequentibus assidue certamina conserentes . Et cum aliquantū processissent , ut ab insequendo hostem cohiberent , & sociis sicut coniectura colligebant , aut circumseisis / aut circu sedendis suppetias irent ; Garsias cum dimidio postremi equitatus redit : eos qui ad insequendū pperabât , in uia fundit / fugatq; , & ad socios admisis equis peruenit , iam satagētes , & fraude locorum ab hostibus circumuentos : sed conspecto equitatu , qui iam subibat uallem , opinatus hostis / adesse omnes cum præda , undiq; per declives colles / cum clamore decurrit , transitu prohibitus . Idem quoq; nostri / qui relicti fuerant , arbitrati / & a præsenti periculo nō nihil relaxat , recepto animo & ipsi descendunt , breuiq; suis iungunt . Hic in ea ualle acre

LIBER PRIMVS.

præliū surgit , illis quasi præda traducenda esset annittenti-
bus , nostris angustias discrimenq; sensim inter pugnandum
euidentibus . Garsias dum in mediis telis uersatur , sinistra ei
ueru transfoditur . Tandem multis acceptis utrinq; uulneri-
bus , aliquot ex nostris / multis ex altera parte interemptis , se
in tutum recepit , siue q; hostis subsequi prædam putaret , quā
recuperare mallebat , q; cum istis abire uolentibus / pericli-
tari fortunam belli , siue q; ad eos / qui abigerēt pecora , redire
censerent magis ex usu esse : sed iam illi quoq; tuto a bibant .
Ita utriq; diuersis ex locis / sub idem fere tempus / tertio q; pro-
fecti sunt die , qui sicut Louis , in castra / hora pomeridiana per-
uenerunt . Ea carne se exercitus illa nocte / quam peruigilem /
comessando atq; perpotando traduxit , in præteritum pauit ,
reseruatis in duos insequentes dies iocinoribus , q; diceret ioci-
nora apud eos pro carne non esse . Compluribus diebus ea fa-
gina refecto exercitu / cū iam omnia in procinctu essent , Fer-
dinandus primo die / productis musculis / fossam exteriorem
repleri imperat , quo possit muris admoueri turris . Sed maio-
re negocio / secunda fossa altero die oppleta est , oppidanis nō
modo missilibus / ut priore die fecerant , impedire conātibus ,
uerum etiam eruptione facta / securibus / ignibusq;. Virtus ta-
men militis / & spes oblata diripienda urbis / omnia impedi-
menta uincebat . Tertio autem die / cū omnes copiæ in armis
essent , paratis machinis / aliis ad subruendos muros , cū hilari
uociferatione / turrim / quam extruxerant , qui iussi erant , mo-
liri ceperunt . Ea ad primum statim conatum succumbenti-
bus axibus / mox rotis / tota subsedit , & cū magno metu / peri-
culoq; eos / qui & desuper / & prope erant , reddito sonitu pe-
pendit , acclamatibusq; ad subsidiū plerisq; , ii qui iclusi erāt /
pdire festinauerunt . Ad quem tam inopinatum / utriq; parti
casum / nostri stupuere / dolere / pudere , inter se lamētari , detri-
menti tantum / quod accipiebant , dedecusq; / ac queri proditio-
nem & mussitare , quis nam author proditionis fuisset . Exul-

HISTORIARVM

cerabat quoq; hanc indignationem letitia / atq; obsessorum ,
qui ex tanto ac tam præsenti discrimine erepti / animos tolle-
bant, ferocioresq; quasi uicissent, se ostētabāt; deum pro ipso-
rum causa pugnare iactantes. Nam numen adfuisse, non ca-
sum / aut fraudem intercessisse existimabant . Omnino nusq;
magis impie / atq; inexpabiliter proditio grassatur, q; in bello
contra religionis hostes . Vbi quæ sibi successerunt prospera,
scelere nostrorum / ea diuinitus euenisce interpretantur, tegē-
te proditionem in posterum quoq; tempus, eo qui ad proden-
dum nostros sollicitauit, atq; induxit . Ex quo fit, ut tam pró-
pto illi animo in bellum ruant, cupidiores interdum inferen-
dæ plague / q; cauendæ, q; persuasum habent/se & occisores / &
occisos in bello, magnā apud summū deum mercedē adeptū-
ros . Perculsus tanto casu Ferdinandus / adhibet in consilium
fidelissimos quosq;, & ad eos refert / quid consilii sit ineundū.
Dura inibatur ex omni parte ratio . Inquireret fontes, quos
magnos uiros esse suspicabatur . At ne Adelittum quidem
potuerat, ulcisci . Reficeret turrim . At magnum dispen-
dium / & ut in fame magis ac magis inualescente, indies
militum contumacia proponebatur . Rediret infecta re . At
non aliorum culpa, sed ducis argueretur . Tunc Sancius
episcopus, Ego, inquit, Ferdinandē a sapientibus uiris accepī,
ubi necesse est aliquid fieri, aut contra / ubi quid fieri possibi-
le non est, ibi nullum relinquī consultationi locum . Nos Se-
tanillum obsidemus, fames nos obsidet, & quidem arctius,
cum qua nisi quacūq; ratione decidimus, uereor ne nos ante
expugnet, q; a nobis oppidū expugnetur . Qd si quis morbus
aut pestilētia in tuo exercitu contigisset, profecto de mutan-
do loco / atq; recedēdo non dubitaremus . Nūc fame in nobis
orta idem facere dubitamus: plus q; pestifero morbo, & quæ
ad maiora scelera homines inducit, q; ullus morbus . Deficit
nos res frumentaria, nec suffici aliunde potest . Cedamus igit
necessitati, & quod effici nequit, non instemus efficere . Neq;

LIBER PRIMVS.

est q̄ istū discessum putes tibi deformē fore. Tu terra maricq; uictor redis; tu breui tēpore maiora multoꝝ opinione fecisti; tu quātū in te est oppidū hoc expugnasti: q̄ in manū tuam non uenerit, id non tibi sed temporibus/sed sterilitati/sed perfidiæ sociorꝝ/assignandum est. Pro re comperta habes dolum uersatum esse in turri subruenda, & pro cōperto habeas, licet neq; aliter in reliquum tēpus expectes, non iam in turri/ sed in tuo capite. An huc usq; progredi contentā sceleratorꝝ audaciā censes? Erras si minoris audaciā putas hoc fecisse, q̄ tibi uenenū dare. Viuo rege cum procul abesses, a rebus agendis/ tamen multos patiebaris inuidos, & qui te perditum uellēt, quid eos nūc facturos suspicaris? Quos maiorem ipsoꝝ spe/ potentiam/gloriām q̄ adeptus, offendis/ac torques. In quos si inquirere cooperis, quāuis non tantum in his plentibus cri- men esse arbitror, seditionem in castris excitaueris, iocūdūq; hostibus spectaculum prēbueris, & extremum huius militiæ actum fedaueris, plus habiturus apud populos detractionis ex asperitate ultionis/q̄ beniuolētiæ & laudis. Relinque itaq; eos, qui te/qui nomē Hispanū/q̄ religionē leserunt, hominū iudicio rumorīq; puniendos. Qd si neq; penuria rei frumenta- rie/neq; socioꝝ perfidia nos manere permittit, & satis magna cum gloria redimus, quid agendum est/nisi ut te domū reci- piás, cōparaturus in proximū annū/& fideliorē tibi/& cōmo- diore numero manū. Hęc ubi Ferdinandus audiuit, iussit in quartū diem profectionem pronunciari. Interea ne laxa om- nino profectio esset hostibus, circūuectos agros / ferro/igniq; uastari, quibus ob spem potiundi oppidi hactenus parcitum erat. Tertio die sumantibus quoquo uersus ex incen- dio Setanillianis agris, profectus cum omnibus copiis Fer- dinandus ubi in campum Mauri peruenit, unde omnem exercitum subiicere oculis poterat, iniit numerum militum, recensuitq; quod in aduentu non fecerat: equitū ad triginta/ peditū ad sex & octoginta millia. Quod ubi egit, partē missā

HISTORIARVM

fecit , partem ad certa loca hybernaturam dimisit . Atq; ita diuersis itineribus/ut cuiq; aut commodum/ aut imperatum fuit, discessum est . Dimissis copiis Ferdinandus ad curanda opera pacis animū intendit , & ubi apud populos/principesq; uenerabilis magis atq; carus iustitia ac sapientia effectus est , bellum reparat, coacto exercitu/non ex potētissimis ducibus/ magna quēq; manu sequente / sed ex medio ordine hominū , probatos non multos ducentiū/cum minimolixaꝝ/ calonūcq; numero . Nam hoc genus castra auget nō aciem . Ideoq; mul-
to maior hic q̄ superior fuit exercitus; sed tanto utilior, ad sex decim tantum millia equitum / quadraginta peditum . Rei quoq; frumentariæ/nam insequens annus fertilis sane fuit , ita prospectum est, ut nulla in parte Hispaniæ minor q̄ in ca stris/aut penuria/aut caritas esset . Classis autem eo anno nūc la in salo/pr̄ter duas naues speculatorias/fuit . Nam barbaro aliam reficiendi/aut consiliū non fuit, aut fiducia defuit . Ve- rūtamen per om̄ne interim tēpus/ Africani principes in His- paniam clandestino traiectu/militem atq; arma summiserāt , prouidentes rei Hispanæ, si rursus bellū a Ferdinando infer- retur . Hic cum Ispali hyemasset, iam uere ineūte, edicit om- nibus decurionibus/tribunis/pr̄fectis copiæ/ ut in diē cer- tum/pr̄sto sibi essent ad Eisam , quod est oppidum sinitimū hostibus . His interea diebus Helianor uxor/rarissimi exem- pli mulier / quottidie antelucanā diligentia / nudis pedibus/ duarum tantum familiarum comitatu / uisebatur ire ad ædē diuæ Mariæ/cognomine custodientis, quia maiorum memo ria/delapso illic in puteum infantulo quodam/ ad inuocatio- nem matris / mota matre domini/succreuit ad orā usq; putei aqua , & incolumen filium matri restituit . Hanc in iplo di- gressu / maiorem immodum anxiam Ferdinandus cohortās , quid tu / inquit / uxor tantopere sollicitudine mei / te affli- ctas? Deus quem semper religiose coluimus, & causa optima propter quam nūc in expeditionem eo/& apparatus belli / &

LIBER PRIMVS.

fides sociorū promittūt me tibi/ cum uictoria reuersurum. Ex
quo te bono animo esse/& non demissō decet; ne maritum in
hostes euntem, infausto prosequi omīne iudicare. Nam desy-
derium mei solabere aspectu, colloquioq; cōmuniū libero-
rum. Ex quibus Alfonsum abs te/ne ægrotum animum exul-
cerem, nolo abducere; fraudoq; me ipsum uoluptate, ut tu ea
fruaris. Caeq; si me amas, ne liberi nostri / ex tuo mōrōre
mlestiā cōtrahāt. Qualis enim aspectus est matrisfamilias,
talis & totius familiæ est. In qua cohortanda accurāda/susti-
nebis etiā vires meas, & in hac te militia exercebis , cum ego
pro relligione/ pro gloria domus / pro amplitudine uestra/in
alia militia ago. Tu uero mi Alfonse/ etsi iucundissimum mi-
hi erat indulgere tibi cupienti tyrocinium sub patre duce, ta-
men ne matrē sollicitudine tui maceres, apud eam manebis,
donec rebus prospere ire incipiētibus/ illa te uenire permittat.
Interea perge, ut facis , dare operam uirtutibus : & in primis
affectum quem mihi præstabas, in matrem conser. Cito autē
ut spero, & opto, te e castris accersam, quo particeps sis pater
nē laudis. Hęc locutus, filios deinceps amplexus, osculatusq;
abiit cum flore copiag; uexillis præcedētibus , quoq; primum
habebat imaginem domini nostri in cruce pendentis , alterū
matris eius, cum angelo Gabriele/ conceptum spiritus sancti
annunciante. Tertiū sancti Iacobi, quartū erat regni: deinde
reliqua. Atq; hoc ordine a cetero exercitu exceptus est, ubi cū
pauculis diebus statuia habita essent, Anticherā uersus/ quæ
ad Aquilonem Granatæ uergit, castra mouit. Cūq; in agrum
hostilem peruentum est , magna uis ferarum excitata est/ex
consuetis locis propter diutinam/ ut fit in bello / desuetudi-
nem rusticorum ab agris . Quæ fere ab agmine armato-
rum / in quod inciderant , fugientes , cum in aliud / & su-
binde aliud incurrerent , fugatæ/ atq; exterritæ / homi-
num uociferationibus / tandem conficiebantur , aut uiuæ
presertim defessæ fugitando / in potestatem multorum /

HISTORIARVM

manusq; ueniebant. Cum aues etiam multæ/tatis undiq; uocibus/iniuicem ad capiendam uenationem adhortantiū, confusæ/attonitæq;/ac toties reuolando defatigatæ, aut hastis in aere percutiebantur, aut manibus humi rapiebantur. Hunc in modum milites ludibundi uiatoriam ob id prædamq; augurantes, ut est illa natio auguriis dedita, in conspectum Anticherei uenerunt. Est autem id oppidum ad radices collis acclivæ, cuius arx saxo extructa in declivi supercilio urbi iminet, disclusa ab altiore colle/qui perpetuis mentibus/ad iuga Granatae excurrit. Mediæ uallem/proxima petra fluuius/magnis gurgitibus erumpens secat, intra teli iactum, utriq; colli uicinus, & muros/qua parte in plana se porrigit, radens flexo alueo. Dicebat aliquando a superiore colle uenisse auxilia Anticherensibus, cum obsiderentur, eoq; non redatos in ditionem, cum cibis iā armisq; defecti essent. Hunc locum cum imperator in primis occupandū duxisset, ep̄s sibi id negocii desumpsit, eumq; fossa primū & uallo in sequentibus diebus/per ocium muro/ac materia ad statutam hemisferiū circūdedit. Idem fecit in inferioribus Ferdinandus munitionibus/quantum dabantur mœnia cōcludens, crebra nūc huc nunc illuc oppidanorū eruptione opus distinēte. A tergo partim iuncti carri cludebant, partim fossa & uallum. His confectis/aquatione ex fluvio oppidanos prohibere constituit. Nam intra muros/unus puteus tantū esse non ignorabatur, & is amerioris aquæ/quales fore cæteros/ si plures fodere oppidanī tentassent, credibile erat. Quotidie autē acre preliū conserebatur, nec interdiu tantum/sed noctibus quoq;, cum illi porta/quæ ad flumen fert, egressi aquarentur. Et auertere quidē cursum fluminis imperator uolebat, sed plurimus p̄ nebat labor/ac plurimorū dieg: uerū mallebat milites in alio exerceri ope. Itaq; de scđa uigilia/parato cespite/ac materia ante portā/in citeriore ripa aggerē iaci iubet, ac stationē muniti, collocatisq; tormētis, cū sagittariorū cohorte/egressu fortæ

LIBER PRIMVS.

oppidanos prohibuit. Quia ex re actum de salute obfessorum erat, nisi magistra inuentionis necessitate a superiore aluei parte/suffossa tellure/aquam deriuassent, quæ cursum/ne res depræhēderetur, nō perferret. At nequa uia furtum hostibus suboleret, totis noctibus de muro carrucis/ad capita uectiū consertis, quibus funes ad uasa alligati inerant, aquabant. In terea labore assiduo excitabatur machina, duo de uiginti carris imposita/proceram scalā sustinens, pronam nonnihil atq; pendentem, ut stante extra intiemam fossam, machina procū bens, scala sepe in muros/aut in turrim usq; porrigeret, lata ab imo ad summum/decem pedes, ita sublimis ut in ea centum armati possent insistere. Subterq; intra machinam/ quasi in equo Troiano, totidē alii latebant/post illos priores, si turris obtenta esset, ascensiū cum ministris/rebusq; ad expugnationem/ad refectionem/ad curationem uulnerum/plagatumq; necessariis. Duæ præterea minores utrinq; machinæ/quasi comites/senis innixæ carris/ex utraq; singulis surgentibus trahibus/instar naualium malorum, qñx caueas in uertice, & ut nūc in nauibus fieri uidemus, uelut capita ferebāt, receptruras quaternos arcubalistarios/iam delectos, & inter omnes præcipue insignes/quorū singuli ictus/singulis aureis donabantur: ita ut bini tenderet per vices, bini sagittarent; ne quē in muris non modo consistere, sed ne membrum quidem proferre permetterent. Fuit autem consilium ducis/non ad consumptionem machinam perducere, sed animos hostium oculosq; fallere: facta in speciem machina, ut cum compedium temporis/tum incolumitati suorū cōsuleret alio genere expugnationis. Ideo enim ratio agendorū cuniculorū/hoc enim genus expugnationis instituebat, & breuis & tuta habetur: q; hostis nullam ex aduerso oppugnationem preparat, & incautus/& nōnunq; dormiens opprimit. Sed acri est opus diligētia, ne insidię depræhēdant, ut tunc diligenter pūsum erat. Siquidē ædificatio turris auocabat hostis animum ab oī alia

HISTORIARVM

defensione, & humus e cuniculis egesta, post eam lignorum molem comode latebat, & sonus suffodientium/ad strepitum fabrorum non exaudiebatur. Et cuniculi quidem/a principio uni erant, mox in diuersa tendebant. una uia quæ ad turrim effodiendā, altera quæ intra mœnia euaderet, ut pariter succēsa ac collapsa turri/ & a cuniculis erūperet; & ab exterioribus irrumperetur. Sed ut quottidianis deprehendimus experimētis, maximas/plurimasq; oportunitates corrūpi/ac perdi uel minimis causis, ita ibi usū uenit. Nam quidam ex iis/qui in statione ripæ excubabant, forte totum diem in defodiēdis cuniculis insumpserat, intempesta autem nocte / cum ad uicem uigiliarum excitaretur a socio, & quia surgere solebat, increparet, irato ac maiore sono uocis excusauit defatigatiō nem, quia illo die solem non uidisset defessus, ac defodiēs in sepulchro stans, non iacens, humatusq; cum nondum homo desisset esse: & cum effodit cuniculos, ipse cuniculus factus esset. Ea uox a quodam/qui muros e regione custodiebat, excepta est, ut sunt acrioribus auribus/qui magis timent, statimq; ad magistratus delata. Nec mora cæteris omīlis summa cura / nunq; intermisso opere / ad cuniculos tertia nocte/ quo tempore a nostris cessabatur, peruererunt, eosq; quantū proxime caput ipsum poterant, obstruxerunt, & adhibitis cū studiis/opus subterraneum/destitui coegerunt: & aliud ut sic dicam supra murale, maiori studio peragi. Et iam peractum prope erat, cum barbarus rex dicitur prope diem/ non modo se obcessos liberaturum iactasse, sed etiam obsidentes oppresurum. Sic enim fore, ut non modo / q; e fide regis erga suos/ aqua/telis/& nonnihil cibo defectos, sed etiam q; dignitate faceret, & uenerat in spem hanc / propter imensam hominum/ quam præter aduectitiam/ex omni regno collegerat. Nam satis constat eam ad decem millia equitum/& cētum & uiginti millia/peditum fuisse, uix ullis impedimentis/ ullisq; caloni/ bus/ac lixis/complurium mulierē comitatu, quæ cum in via/ castisq; cibos

LIBER PRIMVS.

castrisq; cibos, tum in prælio potum, subministrarent. Adeo nemini viroꝝ uacabat fere nisi pugnare. Addidit etiam facto superbiam barbarus: noluit ipse huic expeditioni præesse, q; diceret ab re esse regem, nisi aduersus regem, exire in bellum. Quasi uero non sint, non solum alii principes, interdum maiores regibus, ideoq; regaliores, ut olim Romani imperatores. Sed certe, qui obſidet alterius regnum, ipso rege obſesso non inferior censendus est. Ferdinādum enim infantem esse Castellæ: ideo aduersus hunc, duos Granatę se mittere infantes. Metu fortassis hoc fecit, qđ uideri uoluit fecisse consilio. Semper enim uitia nostra, honestatis aliquo uelamento preterimus. Infantes autem in omni Hispania regis filii uocantur: quem morem, ut alia plurima/suspiciari libet, sumptum esse, e uetusta Romanorū consuetudine, apud quos, ut Hieronymus prodidit, filii etiam grandes/a parentibus infantes uocitabantur. Nisi forte referimus ad Græcos, quoꝝ studia fuisse in Hispania, reperio, qui idistincto uocabulo filios/puerosq; appellat̄ ταῖς ἀρεταῖς, sicut uxores quoq; atq; mulieres γυναικαῖς quod fieri in pleraq; Hispania agnoscimus. Hebrei quoꝝ filios, iam adultos & viros, ut David/Absalonem, appellabant pueros. & sane puer ab infante parum distat, cum infans etiā puer nominetur. Infantum igitur aduentu palam facto, per trans fugas quosdam Christianos, perculti sunt animi nostrorum. tum tanta multitudine, tum quasi fato datum esset, ut dum in eo esset, ut caperetur urbs, tunc ipsi necesse haberent ab urbe recedere. Quos imperator exhortandos existimans, aduocata concione, in huiusmodi uerba habuit orationem. Quæ res uobis cōmilitones mei sollicitudinem, ac metū incutit, eadem mihi gaudium, siquid mihi creditis, pariter & spem facit. Spem inq; celerioris maiorisq; uictoriae. Gaudium quidē qđ uideo nihil subesse proditionis in nostro exercitu. Non enim tentaret fortunam belli hostis, si sperasset se, ut superiore bello, animos aliquoꝝ posse corrumpere. Itaq; & me

HISTORIARVM

felicitati, & uestræ virtuti gratulor, q[uo]d uestra pectora, ne solli-
citare quidem ausus est. Spem autem, q[uo]d deleta semel hostiū
acie, oppidum hoc continuo in manus ueniet, cætera subse-
quentur: cursus uictoriae ad Granatam usq[ue] perueniet. Neq[ue]
uero interest uestræ uirtutis, quos ex omni mihi numero de-
legi, quosq[ue] aduersus, Cyri, aut Darii, aut Xersis exercitum,
educere auderem, extimescere hanc regis Granatenis tumul-
tuariam manum, & ex ignauissimis quibusq[ue] collectam, tur-
baq[ue] nō uiribus, aut scientia militari fidentē, atq[ue] ex maxima
parte inermē, neq[ue] tam ad pugnandum, q[uo]d ad terrendum, aut
aliquid per occasionem faciendum missam, cui ne rex quidē
ipse credere se ausus est, sine comeatu, sine impedimentis, si-
ne bellicis tormentis. Quę si nos triduum intra castra cōtinea-
mus, dissoluat̄ ac redire cogatur. Sed deus prohibeat, ut illi
nos in castris, uelut obſessos, qui obſidemus cernant, & terre
re uideant̄. Neq[ue] ego multis mihi, sed fortibus, ac bene arma-
tis copiis opus esse duxi, cū liceret multis uti. Mihi credite,
ſi aliae, nunc domo nobis auxilio, copiae adueniant, & meo &
uestro nomine aduentum earū, dolorem ausum dicere, etiā
missas facerem. Quae enim laus est imperatori, atq[ue] eius locis
qui glorię ſtudeant, ſi nō arte bellica uinceant ac uirtute, ſed
numero? Potitur is quidem imperator atq[ue] exercitus in hunc
modum præda, ſed quę generofis animis multo dulcior est,
gloria caret. At ego uos nō modo ad maiorem gloriam uoco,
ſed ad maiorem etiam prædam. Sicut enim cum maior nume-
rus uincit, nōnulli exortes lucri ſunt, ita cum uincit minor,
omnes afficiuntur emolumento. Nam q[uo]d quidam dicunt, ſe-
mouere quaſi fatale ſit nobis, cum ad expugnandam urbem
uentum ſit, expugnationem ipsam impediri. Id uero inane
& ridiculum eſt, quaſi uero res, ſemper eodem ordine eant,
cum plerunq[ue] uideamus, ire diuerso. An non ſuperiore bello
expugnauī Zaram? non alia nōnulla oppida? Ergo non ea-
dem illorū que Setanillii fortuna, ita neq[ue] erit iſtius. Ecquid

LIBER PRIMVS.

simile in eo atq; in hoc bello? in quo plurimi affuerunt , qui nunc absunt, assunt plurimi qui tunc aberant. Ad hęc in illo fames, proditio, item naues utrinq; multę terrestris hostium exercitus nullus fuit, in hoc est affatim ita uictus? Fides procerum/militumq; , naues utrinq; nullę , & utrinq; terrestres copia. Quare siquid similitudo aut dissimilitudo facit, quoniam plurima , hic atq; illic dissimilia sunt, diuersum finē hūc ab illo fore credamus, cōfidamusq; in eo sub cui⁹ imagine in acie stabimus. Ideo Setanillii potiēdi spe nos frustratos esse. ut probata deo nostra constantia , adauctaq; illog; superbia, aperto bello nobiscum congressos fundamus, cum summa & illog; calamitate, & nostra lātitia/utilitate/gloria. Quæ cum ita sint, istum indignum uirtute uestra metum , & istam superstitionis opinionem deponite. Nihilq; aliud nisi de fortitudine, de laude, de uictoria, de præda , & ante omnia de deo cogitatis. Ego quod ad me attinet , dabo operam ne in duce uestro consilium atq; industriam desyderetis. Hęc ubi dixit, animosq; omnium alacriores factos cognouit: iubet ut in posterum diem/parati sint ad expeditionem , neue quis castris longius exear, donec de itinere hostium cōpertum sit. Nā uulgabatur iam hostem mouisse. Sub uesperū exploratores quoquo uersum dimittit, qui renūcent , qua ex parte illum aduentare, aut uideant aut audiant: noctu nihil certi explorari potuit. Prima luce alii alibi quosdā equites se procul uidisse nunciant, & ipsos ut credebatur , uel ad explorandum, uel ad fallendum, destinēdumq; missos. Ascendente iam die, ac calecente, cum imperator cibum maturius capi præcepisset, unus speculator, subditis calcaribus , anhelanti equo, & ipse anhelans, castra intrat, & ut cuiq; obuius fit nūciat , hostes aduentare, non quidem a se uisos , sed quos ex puluere uenire intelligat, per buccam Asini , hoc nomē faucibus eius montis est, transituros. Ad quem nuncium imperator signa canere iubet, & omnes in armis esse , & in sua quęq; statione;

HISTORIARVM

equitesq; protinus / ad uexilla cum equis presto esse, simulq;
Petrum Pontium Marresanum, sane strenuum decurionem
dimittit ad certius explorandum, quantæ copiæ, quo in loco
castra posituræ, aut quid acture, & hæc renunciare episcopo,
qui maxime obnoxius uenturis hostibus uidebatur, quiq;
secundus a duce habebatur. Ipse suspicatus aliquas hostium
turmas longius in ipso aduentu excursuras, gratia predandi,
uel iumenta/uel pecora/uel homines, cum maiori equitatus
parte circuit castra, ex idoneo loco illos aggressurus, interclu-
surusq;, atq; in tergis haesurus. Sed tanta celeritas hostium
fuit, ut priusq; hic eo/quo intendebat euaderet, ad superiora
castra peruererint. Nam simul ac Petrum Pontij uiderunt,
siue continuato, quæ instituerant cursu, siue ob eum ipsum
uelut exploratorem, magis moti, laxatis habenis virum inse-
quuntur, aliiq; subinde atq; alii, ut quisq; maxime effuso cur-
su persequi poterat, ut ipsi pro nunciis essent: usq; adeo uix
satis spati Petro fuit ad se coniiciendum, in claustra portæ
castrorum, quæ petebat. Ibi pugna non iusta acie incipitur,
decursantibus atq; obequitatibus munitiones barbaris, si qua
transitum facere possent, assidue aliis/ super alios applicanti-
bus. Episcopus cum suâ manu pro munitionibus aci animo
pugnans, non sinebat quempiam egredi equitum sucq;, do-
nec imperator aduenisset/aut iussisset. Sed cum aliquandiu
nihil auxiliog; necq; a duce/necq; ab inferioribus castris mitte-
retur, nihilq; ei præcipiteretur, sibi per se præcipiendum puta-
uit, sumptocq;/e re præsenti consilio, anteq; hostium & nume-
rus & audacia increceret, consensis equis, receptoq; in me-
dium peditatu, utraq; porta cum clamore erūpit, incautosq;
ac dispersos inuadit, & impetu ipso atq; impræssiore loco nō
nihil mouet, mox etiam propellit, ibiq; paulum prælium he-
sit, & iam prope equo Marte dimicabatur, nec diu res Chri-
stianor; erat futura superior, nisi qui in inferioribus castris
erant, equites cognito prælio, cum quinq; cohortibus super-

LIBER PRIMVS.

uenissent, credentes & imperatorem ipsum uersari in pugna. Barbaris quoque non modo equites subinde auxilio ueniebant, sed iam pedites aderant, & uterque infans adesse uidebatur, alter peditem adhortator, collatoque pede copiae pedestres, manus conserebant, & contempta Christianorum paucitate, Maometam se in manibus habere uictoriā, alacri uociferatione testabantur. Interim accepto & clamore & nuncio, imperator iubet nūciari iis, qui ad castra sunt, relictio quod satis ad praesidium esset, ceteros citissime ferre suppetias superioribus castris. Ipse eodem quo constituerat itinere, sed maiore occasione, sperauerat, quasi ex occulto in barbaros equites, renouatio clamore & latere incurrit, aciemque ipso impetu auertit, & latenteribus ab equo plurimis, in fugam conuertit. Nostri qui modo laborabant, addito animo instant cedentibus, missisque a duce, ad pedites, auxilio equitibus, eadem illic fortuna perdestris certaminis fuit. Proculcabant iam pedites, non a nostrorum modequis, sed etiam a suoque, cum in latus magis quam retro ppulsi essent, primo iurisu. Iā oīs ex inferiorib⁹ castris exercitus se proiecerat, & alibi effusa, alibi confusa fuga, pertentem tutam hostem inuenit. Hic undique barbarorum ingens cedes, passim arma abiicientium, siue ut leuius fugeret, siue ut minus ad cedendum prouocarent uictorem. Ita arma, que & ad protegendum dominum, & ad ferendum hostem, inuēta sunt, in contrarium usum mutabantur; quod neque dominos protegebant, & ut illi ab hoste ferirentur, nisi abiecta faciebant. Iam nemo aliorum, de inferenda aliis morte, sed de sua uitanda cogitabat. Ipsi quoque infantes, ut Ferdinandum omisis alii, instare cum defecta equitum ala, sibi solis cognouerant, eximia perniciitate equorum usi sunt, in quo maxime utili re poterant, non in quo maxime speciosa, salute laudi prelata, tanto turpius inter suorum fugā/anhelitum lamentationes eunt, quanto splendidius pauloante aduenerant. Erat opereprecium uidere in tanta hominū multitudine, quæ terga dabat, aut proster-

HISTORIARVM

nebatur, non unum armor^g colorē, sed unū uestimentor^g, aut duos. Siquidē nō alia ueste amicti erant, q̄ rubra/ueneta ue, aut ex ambob^g discolore. Multi de rupib^g, u'la turba arctāte deiiciebāt, u'li p̄ se deiiciebāt; quoz alii nuda humo difracti, alii cotibus lacerati, alii uepribus confixi/innexiq̄ uisebant. Multi se fera^g ritu in dumos abdebāt, & cū manus hominū uitāt, eo se imergūt, unde sine hominū subsidio emergere nō possint. Nullus in seruitutē acceptus, nulli pepcit ferrū nisi mulieribus, quę cum in uia, tū uero in castris, & ultra castra capt^g sunt. Nam ipso uictoriæ cursu, castra nondum muni-
tionibus cincta/capta/direptaq^g sunt, licet parū plena essent. Nec longius illinc processum est, & q̄ angustiæ quædam su-
beundæ erant, & q̄ plurimi in colligendis spoliis, ferendisq^g
captiuis equis substiterāt, & q̄ parū iā ante noctē pfici pote-
rat, & labore extrahi in noctē multā, in media hostiū terra,
parum tutum uideba^g. Nam s̄æpe occasio rei bene gerendæ,
uictos ad spem uictoriæ inuitat, & extrema uictoriæ negligē-
tius administrata, calamitatē uictoriæ afferunt. Id potius,
qd supererat téporis, uisum est expugnationi dandū Cocciae
oppidi, quod in faucibus ipsis: Buccę Asini sitū est. Oppidani
quibus denunciatum erat, n̄ si se dederēt, extrema passuros:
si dederent, cum omnibus/quæ quisq^g ferre posset abituros.
Primum se imperata facturos negauerunt, deinde ubi tantā
manū circūfundī uiderunt, se obtemperaturos dixerunt.
Quibus responderi iubet imperator, quandoquidē nō statim
paruerūt, se nō relinquere eis n̄ si uestimenta, sin punctū tem-
poris in pertinacia perstiterint, ne libertatē quidē relicturū,
nec de nece etiā fore securos. Hoc terrore permoti se se dedide-
runt. Oppidū uero militibus ad direptionē concessum. Tūc
semel data uitæ uenia hostibus, & quia multū funiculi apud
captiuas repertum erat, quoscunq; iam barbaro^g capiebant,
p̄sertim aut latitante, aut asperitate uepriū circūuentū, colli-
gabāt, poscentiū misericordiā, & ultro manus/ in habitū cog^g

LIBER... PRIMVS.

qui uincunt, cōponētium. Res mira dictu, quibus uinculis
alligatum hostem, se tradituros suis fœminis promiserat, iis
uinculis ipsis inspectatis, eisdē fœminis alligati sunt. Ideoq;
iuste uidebantur, ut uincirent, non trucidarent, orare, quod
etiam impetraverunt, posteaq; iustitia suæ causæ inotuit. Dux
pfliagato barbaro exercitu, oppido recepto, præsidio imposito,
illinc primis tenebris rediit, ac pœnitibus cereis, & latera uiæ
passim incendéibus, ut qui uagi/palantesq; psequēdis hosti-
bus, abierat longius, uestigia nanciserent, in castra puenit.
Capta sunt signa militaria ad duo millia, candida ferme oia.
Vnum præterea Granatae, cuius in medium pictū erat gra-
natum, ita enim malū punicum uulgo uocant, hians & pœc-
nicea grana exerens. Numerus aut capi uorū/cæsorūq; magis
a suis q; a nostris initus est: desyderataq; sunt, ut eorū cōfessio-
ne copertum est, ad triginta millia uirorum/quinquagintaq; mulie-
res, quæ ob contumeliā, quæ illi sexui fit, magis illis doluere,
q; totidē uiri ex nostris. Nonnulli ex castris episcopi, uix plu-
res ex aliis, nec sane multi uulnerati. Cuius uictorię cum ma-
gnam laudem episcopus, magnam fortitudo militū rettulit,
tam multo maiorem ipse imperator, qui & ante rem militem
animasset, & in re nihil ad superandū hostem reliqui fecisset:
Ipse tamē felicitati suæ/suorūq; hoc est, fauori diuino uicto-
riam se debere p̄cipue dicebat. Paucis postea diebus, cū odor
cadauerū, æstiuo calore adiutus, infestaret castra, non modo
p̄senti fastidio, sed etiam piculo ipsterū pestilentie, dux p̄cepit,
ut tracta unco, & in aceruos collecta, succēderent. Ex quo in-
tellectū est, qd diuturna desuetudine dediceramus, non plu-
rimis lignis opus esse ad cremanda humana cadauera præ-
sertim ut tum erant solibus incocta, & adipibus qui de-
fluebant, nonihil alimenti flammæ præbentibus. Ossa tamē
priscis hominibus sortirentur. Quorū ideo cremebantur cor-
pora, ut ossa cum cineribus legerentur, ad sepeliēdum. Hoꝝ

HISTORIARVM

vero is exitus fuit, ut primum uita, deinde uestitu, qui deformitatem operit, tum carne, postremo sepultura, etiam apud inferos quiete uiduarentur. Sed eosdem dies quibus haec ad Anticherā geruntur, duæ aliæ pugnæ diuersis in locis, eodē prope modo gestæ sunt: sed hoc diuerso, q̄ sicut hic castra nostra hostes, ita illic aliena oppida nostri adorti sunt, infelici & ipsi euentu, nisi fortuna affuisset. Sed qđ aliquanto prius fuit, prius narrabimus. Quattuor oppida sunt finitima Anticheræ, quos nomina sunt/Humeda/Baieza/Graen/Chesada, hoḡ incoleū circiter ad tria millia, ex sexta parte equestres, cum fama exisset, nō modo bellatores, sed c̄mnes qui per acta tem arma ferre possent, etiā fæminas Granatenses isle in expeditionem, constituunt in illoꝝ agrum facere incursionem, & a muris usq; prædas abigere. Nunq̄ enim se tantā occasionem, nec habuisse, nec habituros: itaq; læti alacresq; proficiuntur. Res primo prospere ire, neminē prædatoribus obuiā cum armis se ferre uident; pastores & eos raros, ad primum incursum diffugere, pecora reliquere, unum salutis luę auxiliū ponere in arduis, murisq; subeundis. Sic hesterna calamitas, nam pridie profligati fuerant, omnes perterriti fecerat, ita securius ingentem prædam cogunt, abiguntq; retro qua uenerant. Re autem palam facta in urbe, per eos qui evaserant, & ipsi Granatenses e turribus prospiciunt prædones, & quia in diuersam a castris uiam abibant, non esse de numero uictorum coniectura colligunt, sed finitimos per occasionem ad prædādum sollicitatos. Igitur ne finitimis quoq; ludibrio essent, raptim armis sumptis, ad quinq; millia peditū/quinquagintaosq; equites, hostem uestigiiis insequuntur, festosq; & ad radicem montis stratos, partimq; dormientes sub nocte nanciscuntur, incautos aggrediuntur, non paucos trucidant. Ceteri semisomni, qua cuiq; proximum est diffugiunt, fere duo millia in montem ascendunt, a quo nusq; nili eadem uia descensus effet. Hostes quia & ipsi, & equi de uia fessi erant,

LIBER PRIMVS.

cum illuc cursu uenissent, satius putarunt differre, per noctis tempus expugnare eos, qui iugum montis ascenderant, cum præsertim sine pugna se dedituros crederent, aut si hos uel letit omittere greges abactos non sinere per noctem pascere, sed defatigatos ad nouum laborem impellere, non era^t ratio. Sicq; dispositis qui obsecros, & qui pecora in pascuis distributa custodiant, cibum quem poterant, deinde quiete capiunt, lucemq; expectant, tunc quid consilii ineundum sit, delibera-
turi. Tubicines autem cum fremitus hostium, ac tumultus ab altera parte misceri cœpisset, & cū iis multi alii ad trecentos numero infrenatis protinus equis fugam intēderunt, be-
neficioq; noctis elapsi sunt, sed aliorum q; in patriam uersus. Verum cum equos, inedia ac labore confectos, & præsertim nocturno ignotoq; itinere adigere uix possent, delituerunt in colle quodam, equis in prato ut quiescerent, paucerentq; alli-
gatis, quibus de tertia uigilia receptis/conscensisq;, ubi longo-
ambitu montem circuissent, obuium habent quendam, no-
mine Petrum Mendociam/adolescentem maioris, q; pro æta-
te, & animi & consilii & roboris, ut ipse declarat exitus. Hūc
alii seu q; parcerent, seu q; diffiderent ætati, secum educere
recusauerant; eam contumeliam non tolerās adolescens, atq;
ira plenus, in sequenti nocte/adhuc intempesta, cum aliquot
equitibus prædatum domo egressus est; affirmans se facturū
periculum an illa in ætate vir esset. Qui cum ad mótem, ubi
ciues obsidebantur, appropinquaret, iam iam pro prædatore
futurus præda, deo amico obuius fit trecentis il lis, cognitaq;
ex aspectu eoz fortuna, paucis rem gestā docetur, hortantes
eosdem ut secum festinato rediret; ipse econtrario ut secum
potius irent, huiusmodi oratione psuasit. Audite queso amici
paucā, nā rē uobis honestā, ut spero atq; utilem / proponam,
quā eligatis licet si placuerit sociis: ac ciuib⁹ nostris, nihil re-
liqui est, ut audio, quin aut fame absumentur, aut hosti se
dedāt; hoc detrimentū quātum sit ipsi uidetis. Quibus si opē

HISTORIARVM

non ferimus, cum liceat, mortis eorum/aut servitutis , si ferimus, uitę/libertatis ue/ authores erimus. At quicmedo ferre opem licet eodem, quo patrem meum /simili in casu sociis tulisse, ex ipso saepe audiui, quod referre temporis angustię nō sinūt, tamen similitudinem ex meo consilio cognoscetis. Circueamus hunc collē, unde a sociis uideri, ab hostibus non uideri possimus, & dum uicini erimus, ab ea parte, quę ad castra fert .ubꝝ atqꝝ cornua bellicum canent , sine ullo nostro clamore, ne paucitas fortasse prodatur. nostri intellecto dolo & ipsi auxilium ab imperatore missum , uenire simulantes , quippe necessitas cogit omnia audere, pr̄cipiti cursu ferent . Qua noua audacia fidem faciēte , has tubas esse aduentientū sociorum . Illi ut spero terga dabunt , aut certe nostros abire permittent, retro se recipientes in tutum. Neqꝝ uero strenuos uiros esse, hos existimare debetis, et si uos fugauerunt. Cuius rei hęc documenta habeo. qꝝ soli omniū , tanqꝝ minime strenui , in urbe relicti sunt, qꝝ nisi noctu uos , nisi incautos, dormientesqꝝ, inuadere , ausi non sunt. Aut certe telliquiae sunt profligati exercitus . Nanqꝝ heri propius solis occasum , rumor de uictoria imperatoris, domi maximus erat, quod iam istos , si de numero illorum nō sunt, rescisse oportet. Vitrouis tamen modo tales sunt, quibus paruus terror maximum metum incutiat . qꝝ si tantum ad descensum nostrorum summo uebunt̄, ciues nostros, e pernicie eripuerimus , nullo nostro cum periculo, & ingenti cum gloria. Si, quod magis & opto & spero, perculsi metu atqꝝ exanimati, longius fugam capessent, aut in prima fuga oppriment̄ , cū maiori gloria & gratia erimus socii prædarū , participesqꝝ uictorię. Quare agite, quod bene uertat, & meū cōsilium, & me ducem sequamini. Hęc locutus pergit, alii , crederes nō inuitatos , sed imperatores , uno omnes animo sequuntur . Ille antecedebat , fungens speculatoris officio , atqꝝ illis qui erant in iugo se ostendens . Non enim ea nocte , pr̄x sollicitudine illi somnum ce-

LIBER. PRIMVS.

perant, mirabantur tamen quid rei futurum esset, & iam di-
luculum erat, cum ad exitum supinæ uallis, quæ ad hostes
ferebat, cernentibus sociis, circiter duo stadia ab hostibus,
uentum est. Ibi tubæ/cornuaq; cecinere bellicum. Et socii iā
dudū dolo percepto, omnes strictis gladiis, reddito clamore,
decurrunt, semisomnos attonitosq; inuadunt. Illi duplice cla-
more/& clangore circumuenti, prius quo fugiant, q; quo tela
sumant, circuspiciunt, fugientium terga Christiani cedunt,
simulq; Mendocia ex uociferatione fugientiū/insequentiūq;
quo in statu res sit coniectans, in apertum prodire festinat,
magis ac magis tubis concrepantibus, ubi cōspicatus fugien-
tes, cum comitatu pariter insequitur. Tandemq; multis mor-
talibus trucidatis, multis captis, maiorem calamitatem red-
dunt q; acceperunt, & prædam non modo desperata, sed mul-
to etiam spe ac uoto maiorem reportant. Ita hominis, quem
ut nec dum uirum in societatem admittere noluerant, uirtu-
te liberati sunt, & uictoriā consecuti. Nec uero maligni
in agnoscendo beneficio fuerunt, facta illi potestate, quecūq;
uellet eligendi, aut si mallet omnia sumendi: qua tamen uti
noluit, nisi prædam ad arbitrium suū partiendi. Ex qua ter-
tiam partem, sibi tubicinibusq; ac sociis quos reuocauerat,
distribuendā adiudicauit, reliquas uirilibus partibus inter se
diuidendas cēsunt, qm̄ par periculū, labor/audacia/extitisset.
Atq; in hunc modum gnare acta opera, pleni prædar, ac leti,
præterq; aliquot e suis amiserant, reuertuntur. Sed tantus
fuit propriæ saluti metus, ea recuperata, ut minor de aliena
morte dolor sentiretur. At centum numero desyderati sunt,
cateri aut ad uictoriā suoꝝ e latebris prodierunt, aut, quæ
minima pars fuit, per dumos/colles/elapsi, tristem nuncium
domū reportauerant, ita ut iam pro deploratis omnes essent.
Quo magis & lætus & admirandus, eorum redditus cum præ-
da fuit, unum Mendociam/in cœlum tollentium, quasi sin-
gularem ducem, quem domi pridie, pro non idoneo adhuc

HISTORIARVM

milite, reliquissent ac respuissent. Altera pugna non ab oppidanis, sed a castris viris incepta est. Erat in castris eques quidam, nomine Ioannes Mars Sceretensis, quondam agarenæ superstitionis, impiger iuuenis, viribus animo respondentibus; hic hortatus sodales suos, ut in agrum Malacanum incurrentes agerent prædas, ad centum homines, quos pauperes audaces faciebat, coegit. Profecti cum iam octo milibus passuum ab urbe absent, sub lucem trecetos, ut colligi poterat, equites ex aduerso se frentes, conspiciunt, moxque conspiciuntur inuicem, parua iam utroque ditimete intercedine. Cæteros, que se depræhensos arbitrarentur, fugere uolentes, Ioannes oratione retinuit, & ut hostem quoque inuaderent induxit. Socii ut ipse uestri aduentus, & ut sors tulit, uestri periculi author sum, sic meum est, uestri reditus/ac uestri salutis curam habere, non solum meæ. Si locus hic ubi sumus sat apertus ad fugam esset, si satis etiam distariè ab hostibus, nimirum non tam ferox/temerariusque sum, ut pugnam/motram ue suaderem. Nunc cum & locum cuperimus angustum, quo ueniremus occultius, & hostis nō absit longius/quadrin gentis passibus, ut opinor recentioribus que nos equis, quam spem salutis tantam ponimus in una celeritate equorum. At fessis plus quinq[ue] & uiginti millibus passuum remetiendum est. Quos isti incompositos/ ac dissipatos insecuri, ut queque primum assequentur, trucidabunt, & ut eorum habeo animum usque ad unum. Non enim firmiores nostri equi, aut ut dixi recentiores sunt, ad pferendū cursum. Modo tres quattuor uer illorum, qui plures nobis sunt, si pernicibus equis insideant, instabunt fugientibus, terga cedent, & aut morari compellent, aut ritu ouium caprarumque mactabunt singuli plurimos. Ut renouemus in nobis, ea que de Orlando ac Rainaldo, in hac regione gesta memorantur, qualia fuisse Hectoris/Aeneas/Achillis/aliorumque priscorum, frequenter audiui. Ex quo non mortem defugiemus, sed honestā mortem refugerimus. Est autem hos

LIBER PRIMVS.

autem honesta mors in pugna, non in fuga, ad quam morte fortior uos hortari ausum, si nihil aliud sit reliqui: nunc etiam spes salutis/ac uictoriae ostenditur, si fortunā belli tentemus. Sæpe enim pauciores uel consilio/uel uirtute, uel quod maximum est, necessitate/ac desperatione uicerunt. Magna res est proponere animo, aut uincendum, aut mortem/dedecusq;/atq; omnia extrema patienda. Sæpe infirmiores fere, quæ in aperto singulas/robustiorum feraq; fugissent, cum se inclusas uiderunt, contracta rabie, aduersus plures insurgunt, & nō nunq; eiulare/& fugere cōpellunt. Ego uidi uulpē unam uulneratis plerisq; canibus euasisse. Nos ergo tot uulps cum rē nostram in angusto uideamus positam, paulo plures canes extimescemuſ inuadereſ ſi incolumes & cum laude uolumus euadere. Quid q; nostrum adiuuat fortuna cōſilium: ſi inuidimus, ſpeciem præbebimus, nos partem infidiatoreſ eſſe, nō totam manum. Necq; enim copertum habet numerū noſtrū: uidetis ut lente/cunctanterq; ueniunt, ut duos longius præmiferunt explorandi cauſa, & ipſos hæſitātes/ & circūſpiciētes. Audendum igitur anteq; certū explorent, & tanq; fiducia ſociorum, qui lateant, feroces ſimus, ferociter irruamus. Uictoria imperatoris noſtri, omnia facit eis formidolosa, nobis audenda. Vnde aut uictores cum præda & gloria redibimus, aut certe honestiſſimam mortem oppetemus. Quam nefas eſt appellare mortem, fruituros apud parentē uitæ/uita æterna. Speroq; in Iesu Christo, qui me de pristina mortalitate, ad ſpem æternitatis reuocauit, eum hanc meam ſpē non fruſtraturū, atq; eius inuocato nomine, feror in ſuos hostes. Hoc dicens adacto equo, in duos antecuroſores, & iā proximi erāt, infeſta hasta dirigit curſum. Illi propere terga dant, cæteri Christiani inſequuntur. At barbari qui ad reſponſum expiatorum ſuſpensi erant, uila eoq; ſubita fuga, hostiūq; incurſu turbantur, & inter pugnæ/fugæq; cōſilium cōmiſcentur, & aliis terga dantibus alii perterrētur, atq; ita iam omnibus

HISTORIARVM

in fugam uersis Christiani irruunt. Sed pestrem non tam cito uertentes terga, quippe qui rem non uidebant, ut in locis non admodum latis, impedimento erant prioribus fugere uolentibus. Sic data facultas est Ioanni/sociisq; cedendi/sternendi/capiendi, quam nulli fere curae erat capere, nisi prius bene multis ex maiore turba/q; ipsi essent interemissa. Nec destiterunt insequi, donec & proprius urbem erat, & plus dimidiū heminum conciderant. Paucisq; captiuis/sed plerisq; equis captis, ad castra reuertuntur, equis qui aut saucii/aut afflicti subsecuti nequibant, ne hosti p'suturi essent, subnervatis. Ad horum ingressum admirabantur omniū oculi, unde tot sine uectorib; equos, tot eorum strata. Nam multi terna/quaternaque strata/ atque ephippia gestabant. Querebant nonnulli, uel ioco/uel serio, an socios cum equis amississent. Respondit quidam, imo interrogate equos ipsos/& ornamenta ac uestes, quos nam socios amiserunt. Ioannes etiam facetus/ ut sumus in uictoria faceti/& dicaces, nō uero in nemore sumus uenati, & quot aialia nostras manus effugerunt, non perdidimus, perdidimus quot nō effugerunt, haec sola nec effugerunt, nec perdidimus. Et haec quidam nostros in oppida hostium incursiones, totidem sunt illorum circa castra, munitionesq; nostros aliquanto posteriores, quasi & ipsi audiendum sibi eodem genere existimarent. Sed mirum profecto sit mihi cogitanti, omnem, quae per id tempus perpetrata est incursionem, fuisse non minus infausta quam temeraria. Sed temeritatem Christianorum in bonum, Maometanorum uero in malum, deduxit deus. Prior autem ad eos pertinet, de quibus me promisi dictum. Adelittos/Almogavanosq; ita hos appellat ea Hispaniae pars, ubi haec scientia, si ita appellanda est, uiget, quot alteri sunt duces/ac uelut magistri, alteri comites ac discipuli. Hoc ars ac peritia est ex uolatu auium, ex uoce, ex ferae o cursu, aliarumque regi plurimae ariolari, quid boni maliq; sit eventus. Deque auguriis omnibus pronosticis habent libros diligentissime scriptos. Hoc ut dixi magistri, que opinio usque

LIBER PRIMVS.

ab Homero utiq; iam superioribus nata tēporibus, apud plē-
rosq; poetas / historicos / philosophos, sibi fidem uendicauit,
multiq; de ea scriperūt, partim qui assererent, partim, quoq;
de numero ego sum, qui improbarent, atq; refellerent. Est alia
hoꝝ peritia, quam compertissimā probat experientia, inuesti-
gare transitus, non equorū modo iumentorūq;, sed hominum
quoq;, per uestitā / per nudā / per durā humū / per lapides / per
falsa / per cotes, ut nec numerus eoꝝ qui transierunt, unq; fere
eos fallat. Ideoꝝ non segniter ac tarde, sed ut uenaticos canes
dicas, quibus si latine sit nomē dandū, nullum decētius dari
queat, q; inuestigatores, cum in uestigiis uestigandis exerceā-
tur. Quos si mihi permittam ita appellari potius, q; eo prope
rusticano nomine, non sim insolentiae accusandus. Habenda
enim ratio est decoris in loquendo, cum utiq; accurate scribi-
mus. Qd si hoc conceditur, illud multo magis concessum iri
necessē est, quos uulgo Caballerios uocat Græci: de his quoq;
nūc pariter mihi dicendū est, eos uocare equearios, ne eoꝝ se-
quamur errorem, qui uerba Vlpiani scribentis de iure ciuili,
male accipiētes, uocant milites, quod nomē eoꝝ propriū est,
qui militant, p̄fertim sacramento illo militiae obligati. Ne id
possit alię rei adaptare sine maxima perturbatione librorum
qui & scripti sunt, & scribentur. Ideoꝝ eruditiores in hanc si-
gnificationem, eo nomine nō utuntur, quod tñ cum emēdere
conantur, in simile uitium incurruunt. Qui quia caballerius a
caballo dicitur, quasi rusticitatē hanc soni reformidantes,
pro eo equitem substituunt. Sed cum eques habeat suā signi-
ficationem apud omnes authores, sicut miles in eandem quā
modo diximus, si aliter accipimus, q; fert consuetudo libroꝝ,
incidemus perturbationem. Quare quis non uidet rebus no-
uis esse accommodanda noua nomina: ut ueteres, a quibus pre-
cepta habemus, & exempla summīmus factitarunt. Nec nōs
non minimum opere preцium est esse præfatos: nunc eque-
rios, sine repræhensionis metu dicemus. Hi numero centum

HISTORIARVM

fuerunt, inter primos eius ordinis, nonnulli adueni ex Africa, cæteri indigenæ, qui se apud regem deuouerant, nunq̄ teuersuros ad conspectum illius, nisi præclarum aliquod aduersus Christianos facinus edidissent; incitati, ut colligi potest, non modo regis caritate, sed etiam æmulatione gloriæ quorundam ex Christianis, qui decem millibus passuum a castris statione tuebantur, tū ne quis transeunte cōmeatum intercipere posset, tum ne quis domū se recipetet, trecenti numero iureiurando adacti, se locum nullo terrore deserturos; & quia in mentibus militum, & fere omniū plus ualeat pene metus q̄ religio, peccata addita, ut si eques desereret, armis/equoq; exueret, sim pedes certo plagaꝝ numero inspectantibus sociis cederetur. Hos barbari equerii, cum viribus freti, tū improviso aduentu, sperabant se oppressuros, interceptaque re frumentaria, stationem retenturos, donec aut rex auxilia misisset, aut sibi alſ manere cōducibile uisum esset. Observato itaq; tempore, per occultos transuersosq; tramites, uno tantū contento qui cibū ferret mulione, ueniebant. Cum inuestigatores eoꝝ iter/numerumq; odorati, mittunt breuiori via, ad stationarios numerum, docētq; quid acturi sint: ipsi coacto raptim suorū globo uestigia insequi instant, & ubi sub oculis fuit hostis, q̄ occulissime poterant subsequunt̄, nt lateat credentē se latere alios fallantq; cum fallit. Iamq; ad torrentem equeri peruenierant, cum pauci in statione, quę supra ulteriorem ripā posita erat, interlucerent. Hic ex composito ab iis, qui a teego/& a fronte erant, uelut in depræhensos, simul exclamatum est: quoanci piti terrore consternati equerii, quia conuertere retro cursum difficile erat, & plures sequi equites, q̄ in statione equestris esse uident: ire pergunt, & in alueum se demittunt, tanq; per aduersam ripam, cum aliquantū processissent uiā inuenturi: quę multū eos fecellit opinio. Nam ubi paulo plus/q̄ iactū sagittarū, per glareā pcurrissent, offendūt rupē, ex qua torrens cursum quoties habet, in preceps cadit. Ibi subsistētes equerii

LIBER PRIMVS.

circuspectat attoniti , & consilii inopes , a fronte rupe , a tergo ponte , qui in flato torrenti imponi solebat , per stationarios deiecto , ab utroq; latere ripis , & eas hoste premente interclusi , & ut se dederent , nisi perire malent , undiq; exaudientes , & infesta ac suspensa tela cernentes , dixerunt se dedere ; iussiq; non descendere ab equis , sed se longa cunctos serie colligare fune , quem uictores deicerant . Ita iucti ex alueo processerunt , scuris ex corio factis , qualibus Mauri semper , atq; Afri sunt usi , ad sinistram partem ephippiorum appensis , lancea subter dextrum femur iacente . Atq; ita cum inauratis calcariis , aliisq; equeriorum insignibus , cum magna exultatione ducentium , q; hoc sua arte potuissent , ad imperatorem perducuntur . Quo ille spectaculo ita magnos risus excitasse fertur , ut uix unquam sit uisus risisse hilarius , dixisseq; circumfusis inuestigatoribus , ac præ uictoria gloriaribundis , quoniam puderet captiuos in illo cultu conspici , exuerent , & eum sibi haberent : significans per lusum , illorum spolia se dare dono , iis qui cepissent . Venio nunc ad postremam barbarorum incursionem . Domuerat per eos dies imperator circumferendo arma , partim terrore , Cozam / Sebar / Alzanam / Maram / aliaq; nonnulla oppida . Hostes ob id timentes Antidonæ , quæ abest ab Antichera milibus passuum decem , & ut illi loquuntur duabus leugis , magno cum comitatu militum illuc rem frumentariam supportauerant . Nec eo contenti , fiducia uicini receptus electi sunt ad tentandam excursionem , siquid prædæ abigere possent , fortasse q; audiuerant , uiderantue multa iumenta pascere aliquot stadiis longe a castris . Pascebant autem illa , q; aut macriora , aut q; minus ualida , aut q; minus necessaria dominis essent , aut reuandi sumptus , ut sit gratia , in loco herbido ad præterfluentem amnem , nomine Gorzam . In hæc illi , & in custodes , siquos naeti sunt , impetum faciunt . Sed eos ut primū contedere in castra uersus prospexit noster

HISTORIARVM

speculator, signum fumo fecit, quo nostri excitati, armis re-
pente sumptis, prouolant. Insidebat speculator in petra, in-
ter utrancq; urbem pari interuallo, nomine Pegna amato-
rum, hoc est Petra amantium. Huius nominis causam, quia
non iniucunda auditu est, satius est perstringere, q̄ omittete.
Iuuenis quidam, nomen non traditur, nec patria, sed tan-
tum natio, q̄ esset Hispanus: seu bello/seu latrocinio capti-
vus, Granatæ duobus tribusue annis seruitutem seruiuit,
utente domino sua opera, in rebus urbanis atq; domesticis.
Filia capta tum forma, tum lepore linguae, tum liberalibus
moribus adulescentis hominem illexit, & ipsum mutuo fla-
grantem specie puellæ & elegantia: idem cum uiderent nec
in præsentiarum liberam sibi esse consuetudinem, nec diu fu-
turam, cum alter seruus esset, altera nubilis. Præterea peri-
culosam utriq; rem atq; capitalem, constituerant per occasio-
nem ambo fugere. Sed adulescens honestius, q̄ ipse ad suos,
a suis illa abibat, nisi religionis ratio constituit, quod ne cre-
dam sequentia inducunt. Profecti cum ad petram peruenis-
sent, fessaq; mulier requiesceret, ecce pater cum aliquot comi-
tibus, omnes equis uicti, citato cursu insequebantur. Aman-
tes quod unum ad tempus erat præsidium, per petræ cautes
répendo in cacumen euadunt. Pater puellæ cum applicuit,
frendens atq; terribilis, imperiosis/contumeliosq; uerbis/iu-
bere ut confestim descendant, non descendantibus minitari,
extrema se in illos exempla æditurum. Cæteri admonere,
hortari, cum virum, tum præcipue puellam, ut ad pedes do-
mini/patrisq; se abiiceret, misericordiam magis / q̄ ultionem
experturos, ne iratum magis exacerbarent. Illis nec impera-
ta, nec admonita facientibus: delapsi omnes ab equis, in pe-
tram alius alia parte, non minus manibus q̄ pedibus enite-
bantur. Iuuenis contra e superno obmoliens saxa, & omnia
arma aduocâs, euulsis glebis/stipitusq; nūc huc/nūc illuc
ab ascēdēdo deterrebat. Eo metu ab incepto desistētibus, pa-

LIBER PRIMVS.

ter exestuās mittit unū ex comitibus ad accersenda ex ūicino
uico auxilia, maximeq; sagittarios. Quibus cōtinuo accurrē-
tibus, uidētes obfessi se captum iri, hoc est omnia suppliciorū
contumeliarūq; genera passuros, quid uerbōꝝ lachrymarūq;
ediderint ignotū est. Certe arcto iuicem cōplexu, & ut credi
bile est osculātes, sese deiecerunt, ab ea parte, quę ad patrem
familias spectabat, atq; in eo cōplexu perlati, extinctiq; sunt.
Fertur omnes qui aderant, pr̄ater senem illū, & qui mox au-
dierunt utriusq; fortunam, suisser miseratos, nonnullos etiam
iacentibus amplexisq; illachrymatos, quos non prius amor/
q; uita defecisset, ut defuncti quoq; uolūtario illo complexu,
inter se adhuc amare testarent. Ibi sene iuito ambo, sicut erāt
uestiti/cōstricti q; sepulti sunt, & petræ ob eam rem nomē in-
ditum. Huius euētus etsi nonnihil me quoq; miseratio subit,
tamen misericordia indignos ob id fuisse apud deum existi-
mo, q; & puella amores suos uidetur, nō religionem secuta,
& iuuenis audacior fuisse cū rapina ad se uendicādum in li-
bertatem, q; prius sine rapina, quæ causa ut iter sibi tardius
& persecutores acriotes, & minorē spē uenīæ pararet, extitit.
Pr̄terea neuter in extremis suis rebus bene de dei bonitate
sensit. Ab hoc loco pr̄dam agentes barbaros, nostri quic-
quid in medio spacii & cursu emensi, premere incipiunt, ur-
gentq; illos sensim sese in tuta recipientes. Tandem non pro-
cul a muris, undiq; aggressi fundunt, ceduntq; ad duo millia
hominiū, ac multis captis, receptaq; pr̄da, ita incolumes re-
uertunt, ut duo modo desiderati sint, pauci uulnerati. Pau-
cis post hęc diebus, turris deambulatoria pfecta est; in qua eo
plus t̄pis cōsumptū est, ut nequid ulla ex parte, quale alſ cōti-
git, accidere posset. Oppidani, qui iā pridē muros ciliciis/sto-
riis/cētionibꝝ/stragulis/culcitrīs/ad mediū usq; cōtexerāt, ad
uersus sagittas/bōbardasq;, nūc etiā ppugnacula cōtabulāt,
& omni humana ope uerticē suę turris muniūt, & cōtra ad-
uentū nostrā hinc atq; hinc tormētata disponūt. Sed aduer-

HISTORIARVM

sus quidem hæc , utpote cum cernerentur , a nostris prouideri poterat: uerum non plus in apertis præsidiis spei ponentes oppidani , q̄ in occultis: hunc in modum cōstituerunt fallere contignationem , quæ media in turri sua erant diruūt , ac totum id quod uacui erat sparto/stupa / canabo ; & aliis quæ facile ignis corripit , explet/ac refaciunt , relicto foramine instar fenestellæ , paulo infra turris coronam , unde erumpens incendium , scalam nostram sese porrigitem , compræhenderet. Et successit astutia , si succedere est , ad modicum tempus fauere forunam , quo grauius rursus affligat . Imperator primum iubet quanta erat latitudo machinarum in fossam , quæ castris proxima est , nam tres erant , suum aggerem deuolui ligonibus/bidentibus/marris . Mox mediæ lignis minutioribus ad oras usq; compleri. Ea oppidani noctu egressi incendunt. In sequenti die , puluere ac ruderibus , non sine certanâne , locus idem cætero solo æquatus , productisq; musculis , multū de aggeribus tertiaræ fossæ in ipsam deiectū , non propter machinæ commoditatem , quæ hanc fossam non erat transitura , sed quo pedites procurrere , ad succendas portas possent . Tertio q̄ hoc factum est die , imperator sub exortum auroræ signa canere imperat , & omnes in armis esse , ut die incipiente urbem , quo cuiq; loco præceptum est , corona cingant. Qua hora ipse equo uectus , apparatum telorum/ instrumentoruq; ad implendas / iungendasq; pontibus fossas/scalas/dolabras , aliaq; huiusmodi recognoscit , milites nunc omnes , nunc nominatim aliquos adhortatur , admonetq; uirutis . Hos cum obambulasset , iubet omnes anteq; machinæ promoueantur , bōbardas iictus emittere , ne siquid propugnaculoq; discusserint , hosti spacium sit ad reficiendū . Sub hæc machinæ promotæ sunt , usq; ad labore tertiaræ fossæ ; & dum scala iam iam demisso ponte , tactura cacumen hostilis turris esset: oppidani ignem turri suæ immittunt , ceteraq; spiracula obstruunt , ut omne incendium per unū illud for-

LIBER PRIMVS.

men erumperet, quod incendium angusto exitu iaculatum, globosq; flāmaḡ, longe/lateq; ac sursum spargens, in scalam, pontemq; turbinem suum fert: & eos qui insistebant, non modo ardore uexat, sed etiā superantibus flāmis, prospectu priuat. Ibi triste spectaculum cum lymphati milites presenti ardore amburerētur, & ne scala cremata, deorsum ruerēt, timebant, & nec satis consilii ad redeundū esset, Ad hæc oppidanī præter cætera missilia, lapides bombardar̄ nostrar̄, quos ex omni urbe collectos/in turrim subuexerant, deuoluebant, cū magna strage eorū, qui in scala insistebant. Sed protinus cognito periculo machina retracta est, & cum pons a turri, cui admotus erat, recedit, iā semiustulatus excusus est, atq; altera parte sese deflexit, nonnullosq; incendiū/ac lapides/armis non ruinam deuitates, deiecit, cū magno inspectantiū suorū gemitu. Quorū corpora nisi rēciperent, non se cibū imperator gustatus iurauit. Sic nostri magno ardore inter tela / ac saxa sub muris cadasera receperunt, eaq; cum cæteris honorifice sepulta sunt, ipso duce comitāte funeris pompā. Erant enim viri tū alias præstantes, tū uero eo tempore ob insignē animi magnitudinē delecti. Quod si post hanc acceptā calamitatē, copiæ illæ nō antea subsidio urbis uenisset, haud scio an dux suos a suscepta persuasione reuocare potuisset, nō esse fatale, Anticheram ut Setanillum, expugnabilem nostris esse: frustra tentata aquæ subtractione/cuniculis/turri, qualis fortuna aut peior in acie contra tot barbarorū copias, timeretur. Nunc uictoriae superiorum dierum eos succumbere animo non sinebant, & ultiro quidam alios timidius sentientes increpabant. Ad hæc honos ab imperatore defunctis habitus/ & exhortatio / ac præmiorum pollicitatio, erigebat. Paucos intra dies scala refecta est, & aduersus incendium tabulara, quibus scala substructa erat coriis crassioribus / amphimaliisq; aceto maceratis intecta, atq; asseribus latera munita, interq; scalā ac pontem, in modum cæteractæ inteposita ianua,

HISTORIARVM

quæ in tēpore posset aperiri, clāudicq; cōtra saxa, quæ superne
deiecta, per scalam deuoluerent. Octauo dīe cum iter p̄du-
cenda machina foret, hora diei tertia, dū iam cibū iussi cēpī-
sent milites, Ferdinandus his uerbis est adhortatus. Quid su-
perioribus diebus impedimēto fuit cōmilitones, id cōmedatū
satis est, ut ipsi uidetis. Qd reliquū est, nō nisi in uelstra manu
positum est. Neq; uero tantum in turri spem ponimus, quāq;
in ea maximā, aliter nō nisi qui per hāc ascēsuri sunt, alloque-
rer. Sed ab omni parte urbs capi potest, cū undiq; oppugna-
tur, dum ceteri scalas muris admouebunt, dū portas/aliū ue-
locum subruēt, si illuc recurret hostis, minus negocii iis, qui
in machinis sunt exhibebit: si aduersus hos uehemētius pu-
gnabitur, facilior aliis ad ingrediendam urbē erit occasio. Sic
uniuersi mutuo auxilio eritis, & forte qua minime speramus,
ut aliquādo scimus euenisse, expugnatio incipiet. Raro ecclē
euentu res sequitur, ad quē cōsilia direximus. Ideo cōmnia in
ipsa reg; administratione sunt explorāda, ut si quid in quo si-
debamus spem destituat, id cōpenset aliud, in quo minus si-
debamus, ut uenator facit, qui dispositis per diuersa loca reti-
bus, interdū plus prædæ nanciscit ubi minus opinabat, ubi
magis sperabat, ibi aut minorē spe, aut nullam uenationem
nactus. Vobis uero nunc minime p̄cipites fossæ sunt, iam se-
miopplete superiorib; diebus, multisq; in locis p̄tibus stratez,
iam prope ad ipsos muros iter est. Vindicate ergo acceptam
nuper turpitudinem, reddite hostibus uicem, ulciscimini so-
cios, quos incendium/saxa/ruina extinxit. Docete nullo in ge-
nere pugnæ uos inferiores istis esse. Pauciores multo cū esse-
tis, nō dolo adorti, nō noctu, nō magna belli arte, tātū hostiū
exercitū, q; uos adoriebat, sola uirtute supastis, nūc paucio-
res eorundē superare nequibitis? Hic uidebit ille uester ar-
dor, quē multis in certaminibus iā cōfēdistis, hic cōpam suam
is nauabit, cui dux, cui nomē Hispanū, cui laus, cui religio,
curæ erit. Non tanta res hic, quanta in acie nuper agebatur,

LIBER PRIMVS.

agitur: sed ob famā, ob uindictā sociorū, ob satisfactionē iracū
diæ prope dixerim maior alio bello ad expugnandum. Seta-
nullum uenimus infecto negocio recessimus. Nunc ad expu-
gnandam Anticherā uenimus, quā osī qđ horret animus, &
lingua uix audet fari, nō expugnauerimus, quid ni infecto ne-
gocio uicti non uictores discedemus? Auferte igit̄ tantū de-
decus a uobis/a patria/a me, & quod p̄cipuū esse debet, a no-
mine Christiano. Nā si nullo periculo/ac nullo sanguine no-
bis mors constaret, quid tandem meriti apud deū cōparare-
mus? Itaq; quia nō nulli ex nostris perierūt, siue quis peritu-
rus est, non est qđ deterreatmini. Si enim isti in sua supstitione
nixi, si cæteris in bellis homines mercede cōducti, propositis
periculis non coherentur, eo deformius erit uos tot aliis ac-
cedentibus causis deterreri. Vos uero, qui scalam̄ ascensuti
estis singillatim hortari habeo, a quibus maximus terror ho-
sti est, & unde principiū uictoriæ nasci debet, ne lapides ob-
sint, ianua interposita obstat, ne incendium ledat, coriis/cen-
tonibus/asseribus prouisum est. Nunc uestrum est strenui-
tate/ac celeritate uti, ut cum nostra machina superet hostium
turrim, uos eos p̄ turri pugnātes superetis, facto in eā pro-
tinus impetu: ne illis uestra mora, & animū addatis, & spa-
cium detis ad tela in uos īgerenda. Tu Didace Ferdinandi
Dechines cape hoc uexillum regiū, quod tibi in manus tra-
do, facitoq; ut memor sis hoc a me suspiciendū esse, aut super
hostilem turritm sublime/& uentilāte aura uibrās, aut a turri
eadē p̄no uertice suspēsum, quoq; altero nihil speciosius no-
bis, altero nihil deformius accidere potest. Hac orōne habita
oēs ad munia sua diuisit, dispositisq; mox uniuersis, machina
pcessit, & cū tps affuit, deiecta cateracta, multos eorū qui pro
turri stabāt, ruina sua cōpressit, eodēq; temporis pūcto, pro-
rūpēs flāmarū e foramine pcella, repleuerāt enī eadē materia
turri, in scalā fert̄, nec uulgari igni/sed incēdario agebat̄, cui
aqua resisti nō pōt̄. Is ignis coria/ac cætera madētia adeptus,

HISTORIARVM

sive ipso humore aleret, sive repelleret, cū horrisono strepitu
in celū quo sagitte mitti nequeāt, assidue ferebatur, cōvoluēs
flāmeas pilas/humano capite maiores. Interea Didacus uix
bene delapsa cateracta, inauratū/longeque refulgētem clypeū
sinistra præferens, dextraq; uexillum sustinens, crepitātibus
toto corpore missilibus, in turrim primus desilit, uel fortior q
octauo die alii fuerāt, uel felicior. Hūc aliū a tergo insequūt,
strictisq; telis in reliquos inuadunt. Illi tum casu suorū, tum
nostroꝝ audacia territi, breui certamine ædito per ligneum
pōtem, qui turrim muro iungebat, nam lapideū diruerant,
propere delabuntur, eumq; ubi transiere, funibus suspensum
soluit, qui partim decidit, partim ad parietem turrī hærēs
pependit, ne uictores in muros, atq; inde in urbē possent de-
scendere. Sic interclusis, nec hostē lādere, nec sociorū multos,
in angustum locum recipere dabant, et si assidue succedebant.
Cæteri qui sequebantur non cū uiris, sed cum flāmis pugna-
bant, quas p̄parato ad hunc casum aceto, cohibere nitebant.
Subinde coria/cilicia/ligna perfundentes. Videres alios cum
uasis plenis ascendere, alios cū inanibus descendere, alios im-
plere, alios potrigere, ubiq; festinari, urgere, hortari uocibus
clamoribusq; ut fit in domorū incendio, cuncta miseri:cæte-
ris prope ad tale spectaculum, euentumq; intentis. Nec hos,
ii qui in muris erant magnopere infestabant, a nostris sagit-
tariis prohibiti, adeo totus labor ad machinam erat, nec de
urbe, sed de machina expugnanda res esse uidebatur, & qui
obsidebant obsessi, & qui obsidebantur obsidere, & qui expu-
gnabantur, expugnatores suos expugnare. Et iam nō nihil ti-
mebatur, ne durante incendio scala labeficeret. Iam etiam qui
in turrim euaserant, sibi metuebant, ne calore solutus fornix
decideret, utiq; ruina pontis cōcussus/& multitudine grauis,
eoꝝ qui ascenderant, nescii nullum esse in muros a turri de-
scensum, & reuerti per scalam flagitosum sane existimabāt,
& in eos undiq; ab oppidanis sagittabatur. Hoc unū interim
præstabant,

LIBER PRIMVS.

præstabant, ne prope turrim in muris hostis cōsisteret, ut nō tantopere socii ab accessu portæ arcerentur. Ne tamen clandes-
tino aditu alimenta ignibus ferrentur impeditre non po-
terat. Imperator ob id anxius circuire muros, & hortari om-
nes, ut qua cuiq; proximū esset, ad moenia succederent, quo
certamen a machina/turriq; aliquantum auertetur. Sed cū
obequitat, animaduertit foramē quodam in imo muro, pau-
lulum supra solum, quo ex foramine, ad magnitudinē pene
hominis capacē aquæ pluuiæ ex urbe profluere solerent. Per-
contatus ex quodam, qui in urbe diu fuerat diuersatus, fit rei
certior. Ergo impigris uiris negocium dat, ut foramen refrin-
gant, ac subeāt: ipse in diuersum ab illo locum, quo hostē fal-
leret, omnem transfert molem belli, & se de industria ad hor-
tatem militum ostēdit. Illi interim, patefacto latius muro
subeunt, aliosq; furtim atq; alios admittunt, donec conflato
ingenti globo, per urbem ad portam turris procurrunt, mul-
tos trucidant, fores refringūt, qui foris sunt, & ipsi adiuuār.
Sed undiq; concurrentibus oppidanis, acerrimum intra mu-
ros prælium oritur, & dum de possessione urbis certaſ, muri
deseruntur ab illis, a nostris occupantur. Tandemq; reuulsis
portaſ foribus, uiictores Christiani infunduntur, atq; undiq;
barbaros aggressi, in medio interimū, domos diripiūt, easq;
dominoꝝ sanguine aspergunt, nulli ex puberibus uita reser-
uata est, multi in templum, multi in arcem confugerūt. Sed
multo magis præses arcis, q̄ deus præses templi imploranti-
bus opē tulit. Nam & audius nostri rapinæ gratia/ad tēplū
properarunt, & locum illum magis consentaneū, talibus ui-
ctimis existimauerunt. Natabat omne humano cruore pa-
uimentum, & gemitu morientium templum mugiebat, & a
morientibus/mortuisq; uestitus detrahebant. Multi nec op-
nantes domi sunt oppresſi; horum unus etiam texens, qui cū
audisset urbem expugnatam, non obserauit fores, non fugit,
non etiam surrexit, sed tanq; fieri non posset, texere perseue-

HISTORIARVM

ravit, atq; ita sedens, telam suam, anteq; detexta esset, sanguine suo tinxit. Qui vero in turri stabat, ne expertes pdę essent, accepto fune se se demiserunt. Imperator quoq; simul atq; patefactam portam uidit, cum prætoria cohorte, infectis signis intravit, adhuc durate prelio, cuius conspectu, si quid adhuc in oppidanis erat animi ad pugnandum cecidit, nonnulli q; dum uictorem fugiūt, ad pedes eius procumbentes uita donati sunt. Mulieres etiam cōplures cum paruulis liberis a currentes, q; uitæ suæ timerent, certis hominibus cōmendatæ sunt, imperatūq; preconi, ut cum tumultus direptionis reserisset, ediceret nulli mulieri uitam afferri, quæ Christianā sc̄ fore polliceretur. Quæcunq; autem talis fuerit, daturum se operam, ne impudicam esse necesse esset. Sic stanti in media platea Ferdinādo, obuiā uenit Didacus Ferdinandi, scuto ita confosso/sagittisq; hirsuto/atq; ita lacerato, ut uix nouę plage locus foret, longeçq; grauiore pondere q; ab initio fuisset. Hic ultro porrigeni gratulabundam dextram imperatori, nominatimq; compellant. Ego, inquit, imperator, imperii tui memor, turrim occupauī, hostem deieci, uexillū statui. Sed profecto mira res accidit, in seßam hostibus turrim concendimus, ea potiti descendere nequiuimus. Quod difficillimū factu putabamus, facile fecimus, quod autē facile ac pronū, ad id hæsimns, & interrupto, uelut in fluio, ponte, cursus uictoriæ substítit. Verum ut hinc ex inopinato fortuna tibi aduersata est, ita alia ex parte, præter opinionem propitia fuit, uo lens omnem hanc uictoriæ laudē penes te unum esse. Cui respondēs imperator, equidem uictoriā hanc, ut decet nos sentire, refero deo acceptam, & secundū deum tibi, qui quātum abs te expectauī, abūde præstisti. Ideoq; tuum præmiū suo in loco est. Direpta urbe caduceatorem ad eos, qui in arce sunt, mittit, habere illos in oculis exemplum, qualia ni se de dant passuri sint. Eisdem petentibus triginta dieq; inducias, & nisi intra eos, rex auxilia misisset, dedituros arcem spon-

LIBER PRIMVS.

dentibus, incolumi tamen libertate/ac fortunis. Non plus q̄
bis septem dicrum induciæ impetratae sunt: ad quam diē, cū
nihil auxilioꝝ ab rege summisſum esset, arcem dediderunt,
fortunasq; priuatas capere permitti sunt, facta etiā eis poter-
stas eundi quo uellent, qui Granatam abiere, iis ducentoꝝ
equitum præsidiū, ad certū locum deducēdis p̄fécit. Siqui
in Castellam mallent, iis non defuturam commodam condi-
tionem promisit: atq; ita pars ad sinistram per medium equi-
tum, qui deducturi erant, Granatā uersus abiit, pars in exer-
citū remansit, humane ab omnibus & benigne tractata. An-
tichera incep̄ta obsideri, oppugnata, expugnataq; & arx de-
dita, atq; omnia egregia facinora gesta sunt ab imperatore
Martis die, q; eum diem existimaret, Marti, hoc est bello de-
dicatum, non exactissima quidem ille, ac plane sapienti ra-
tione, sed tamen ut rebus martiis excusata. Oppidū a Chri-
stianis sacerdotibus expiatum est, & nouis incolis, qui modo
Agarenam linguam nescirent, cum agro diuīsum; datūq; ne-
gocium ut muri resarcirentur, qui multo magis intrinsecus
quassati, ad assiduos bōbardarꝝ ictus, q̄ foris uisebant, sexto
q̄ domo profectum est mēse. Ibiq; certior fit de rebus Arago-
niæ. Nam antea de morte Martini regis nunciū acceperat,
eāq; rē sedulo suppresserat, nequid aut hostibus spei, aut suis
curæ iniiceret. Alfonsum quoq; filium post uictoriā de Gra-
natensibus, quottidie litteris orantem, ut se in castra accer-
ret, iussit expectare prope diem aduētum patris, cum quo in
Aragoniam iturus esset. Igitur ex nunciis intelligēs res Ara-
goniæ, nisi eam propius accederet, nō recte habituras, eo pro-
ficiisci cōstituit: aduocatoq; procerꝝ consilio, in hæc uerba dis-
seruit. Re bene ac feliciter gesta proceres, exacta iam æstate,
appetit autumnus, ut quicquid ante hyemem agi posset, id
non magni sane momenti esse censendū sit. At maximi mo-
menti est, curā in res Aragoniæ me intendere, meo pariter &
publico nomine. Iam primū plerosq; uestrum audisse reor,

HISTORIARVM

auūculum meum Martinū regem, diem suum obiisse, anno
uerente, post mortem Martini filii, quem ego cū classe uen-
turum ad hoc bellum, sicut uterq; promiserat, sperabam. Ex
quo primum præsidio, deinde consobrino, tum auunculo pri-
uatus sum, duobus regibus, nulli principū nostra memoria
secundis. Hox̄ morte regnum Aragoniæ ad me, tanq; ceteris
proximiorem, pertinet, ut semper a cōsultis viris accepi. Sed
id mea absentia ne ui occupetur summopere uerendum est,
& ut ad me perferri, non uia iudiciorū aut iuris, sed factioni-
bus/potentia/armis, agitur. Qd si pro iustitia sua annitentes,
qui litigant, tamen ægre obtinent quod postulant. Quid fu-
turum de nō annitente putandum est, inter tot cōpetitores?
& in aliis litibus plerūq; satis est habere bonam causam, bo-
numq; iudicem: & in lite de regno contra improbitatem ad-
uersariorum, male nobiscum agitur, si in sola & causæ, & iu-
dicis bonitate spem ponimus. Armis ac potētia contra hostē
armatum, potentemq; opus est. Itaq; siquid apud uos gratia
mea ualet, quælo mihi uestro cōsilio uires huius belli aliqua
ex parte illuc transferre licet, ut populos ad recte iudican-
dum nostra authoritate inducamus. Cum præsertim hæc res
non modo ad benevolentiam mei, ad honoremq; iustitiæ spe-
ctet, sed etiam ad amplitudinem regni, ad gloriā Hispaniæ,
ad incrementum religionis. Etenim si alius, q; ego rex Arago-
num creetur, inter quem ac regem Castellæ, ut memoria pa-
trum scimus accidisse, discordia ex qua bella oriuntur, inci-
dat. An speramus occupatos nos duplici Marte, ex utrisq; ho-
stibus uictoriā reportaturos? Hoc ego, ne si occulta quidem
fuerint odia, nedum si aperta, sperauerim futurum. Quid si
non simultas/sed inuidia suberit? quæ nōnunq; magis ad no-
cendum ualet, q; ullus affectus: & odia conciliatione recipiūt,
inuidia nullo pacto cōciliari potest, & hoc peius nocere solet,
quo magis ex occulto grassat. Quid si metus, an aliquid est,
quod maiores / aut crebriores causas habeat ad male cogitan-

LIBER PRIMVS.

dum Castellæ regnum in omni Hispania maximum est: hoc
cætera ne dicam oderunt, inuidentq; certe metuunt, & ab eo
sicut infirmiores quadrupedes / uolucres a leone, aut ab
aquila cauent. Nam rex Aragonū & si præpotens est, ac ma-
ris, ut aiūt, dominus, tamen eius vires, multo minores fama
sunt. Qd. n. Sardiniae regnū male pacatū, ac prope nominis
Catalani inimicum, adiuuaret Aragoniæ regem bella geren-
tem cum rege Castellæ. Quid Sicilia: quæ uix didicit iugum
ferre alienigenæ, quæq; ut audio, iam nunc nō satis quieta
est. Omnis igitur uis, atq; omne robur regis illius residet in
Hispania: quæ Hispania cum nostra nequaq; est cōparanda:
ex quo necesse est, humana imbecillitate metuat potentiorē.
Ideoq; inter eos reges fere conuenit, ueluti conspiratos, & in-
ter se ament, regem Castellæ uel destructum, uel diminutū
uellet. Quid si accedat auaritia, omnium uitiorē magistra,
& parens: an si offulserit spes Aragoniæ regi aliquo portu op-
pidoue, regni Granatensis pro mercede potiēdi, speratis fore,
ut non inueniat causas, cur ab hoste contra nos sit in bello.
Quid si hæc omnia, aut certe plura subsint, odium/ inuidia
metus/spes, quo tandem tempore, existimatis regnum hoc in
nostram potestate esse uenturum? Quod nostra ætate hoc
incomodi usū non uenit, propinquitas regum Aragoniæ cū
nostra domo, in causa suit. Ea iam extincta, in pristinum di-
scidium, primo quoq; tempore redibitur: ne autem redeatur,
una ratione effici potest, ut hæc duo regna sanguine cohæ-
teant, hoc est, ut ego rex illius regni declarer. Quod cōmodū
nimis tanto plus erit, q; fuit rege Martino/Ioanne/ac Petro,
quanto ego coniunctior sum huic genti, q; illi fuerunt. Vnde
confociatis uiribus utriusq; regni, nullo negocio barbarum
perdomabitur: ut breui tempore duo regna alia, nostræ gen-
ti subsint, qd nunq; fando est cognitum, nec de reliquis quoq;
duobus sit desperadū. Ita q; in primis opto, & quo nihil mihi
uidere est longius, omnis Hispania Christianis principibus

HISTORIARVM

obtemperabit. Quare uelutrum est probare sententiam meam, ac causæ fauere, quicunq; publicæ quidem amplitudinē, laudemq; & religionis & patriæ amatis, priuatim uero dignitatem meam, potentia, gloriam, iustitia & industria quæsitam, non sine aliqua ratione uestrorum commodorum, qui de me estis bene meriti, quos multo prolixius remunerare, ac magnificenter potero rex q; priuatus. Nullum enim ex oī mea licitate uberiorem fructum percipere me arbitrabor, q; dum iis, quibus debeo gratiam, & quidē cumulatissimā, referam. Hæc Ferdinandus: cæteri pro se quisq; approbare consilium & laudare. Tum Sancius Palentinus episcopus. Ego imperator adeo non aduersor sententiæ tuæ, ut nisi tu occupasses, istud ipse pro mea in te fide & benevolentia, tibi consiliū daturus fuerim. Age igitur deo bene iuuante, regnum quod, ut ego quidem sentio, tuum est capesse. Castellatum multis ad te deferentibus, quia tuum non putasti, capessere ueritus es. Nam ut nulla quantauis occasione, ad præripiendū alterius regnum, debemus allici, ita nullo labore, nulloq; periculo ab stineria nostro asserendo. Nec quicq; abiectius est homine, qui paruo accedit animo ad ueq;dicandum hereditarium regnum. Qd̄ siquid ob id laboris/difficultatis/sumptus/periculi subeundum sit, non obtinenti certe contendisse turpe non erit, obtinenti autem eo gloriosius, q; pene sua industria comparasse regnum iudicabitur. Et sane præstabilius est regem se facere, q; ab alio fieri, nec alteri fortunam suam, sed sibi debere, & cum paternum nominas regnum, nominare etiam regnum tuum, quod non per manus traditum sit, sed manu partum ac receptum. Quare si tuis uis esse similis, caue cōmitas, ut nullum tēpus interponas, quin regnum, quod & successionē, & quod in rege primum duco, uirtute tuum est, ab iniustis heredibus, ac regnare indignis, eripias, & tibi quantum humana ratio ualet, afferas. Ad quod uires meas, quantumcunq; sunt, meam operam/ sedulitatem/studium/indu-

LIBER PRIMVS.

striam / officium polliceor, ac defero. Deniq; nunq; te ab isto
proposito, dum de iure iudicatum sit, reuocare tētabo. Huius
orationem aliis maiorem imodum laudantibus, & se ad simili-
lia præstanda, singulis pollicentibus, magis confirmatus Fer-
dinandus, discessum in diem tertium edicit. Quo die cum
iam milites præsidio urbis imposuisset, una cum armorum
cibariorumq; copia, plenus gaudii ob uictoriā, ac spei ob
futurū regnum ex Antichera recessit, tertiusq; castris, cum
parte copiarum Ispalim/dominumq; peruenit, cum quibus ca-
piis propius Aragoniam iret, cæteras in sua domicilia redire
iussit. Quæ autem posthac consecuta sunt, ne subnectamus
facit, q; multa, ut tempore priora sunt, sic ordine præuereda,
quæ hactenus non attigimus, ne seriem terz; cohærentiū, que
eodem in loco gestæ sunt, interrūperemus, duo quodāmodo
historiæ corpora confundentes, idq; saepius, si suis quæq; tē-
poribus acta rcdderentur. Nunc peractis illius Hispaniæ ge-
stis, ad alterius Hispaniæ narrationem animū conuertimus,
& de Granata per Castellam, uelut pedibus in Aragoniam,
Cataloniām q; trāsimus, nouam materiam principiūq; sum-
ptuti, non repetito temporis cursu, supra hunc ipsum, de quo
nunc scriptum est annum, sed annum nō eiusdem nominis.
Quippe is de quo proxime locuti sumus, est post millestimū
quadringentesimum, ab ortu domini decimus, a quo uero
nunc ordiemur nonus.



LIBER SECUNDVS.

LAVRENTII VALLENSIS PATRITII ROMANI HISTORIARVM FERDI- NANDI REGIS ARAGONIAE LIBER SECUNDVS.

OC ANNO MARTINVS SI-
h cilæ rex, Martini Aragoniæ regis filius, apud
Calarim/post ingétem de Sardis uictoriam,
receptaq; complura oppida, paucis diebus fe-
bri extinguit. Febri non cōtracta ex æstiuo tpe, quo in omni
Sardinia graue cœlum est, quia nondū media æstas erat: non
aqua& noxio halitu, quia Calaris a stagnis, quæ multa sunt
in ea insula, nō admodū infestatur: non ex intēperie cœli/aut
contagione, quia nemo suog; & agrotauit. Quo magis inopina-
ta mors eius tū sibi tū sociis fuit, eoq; luctuosior, utiq; in illo
& uirtutis flore & ætatis. Tertium enim & tricesimum annū
agebat, æqualis Ferdinando, aut anno maior, infelici quodā
omine, siquid omnia sunt, ante patrem factus rex, quasi ante
patrem uita defuncturus. Nec magis nomine suo lugendus,
q; patris, cui unicus erat iā senescenti: necq; tam ætate, unum
nanq; & quinquaginta annos natus erat, q; habitu corporis,
obesi nimī ac præpinguis, & ueterno grauescens. Accede-
bat his & ætatis & corporis incōmodis quaterna, malum in
primis gaudio/lætitiaq; curandū. Sic affecto nūcius de morte
filii affertur, ex quo quantus patrem inceror/dolorq;, quan-
ta itē perturbatio populos puererit, sibi quisq; natura & expe-
rimento duce, subiicere potest. Omniū tñ cogitatio, ac sermo
erat, quis nam regi futurus heres destinaret. At ii qui apud
regem amplissimi erant, partim illius beneuolētia, partim ut
suę ipsorum potētia cōsuleret, quo tales apud filiū, quales apud
patrē forēt, & fortitā tutores relinquerent, nō ita multo post
exequias, suadent ut primo quoq; tpe capiat uxorē. Nā olim
iā regina decesserat, quæ fuerat comes Iuriæ, cōsulēdū enim

HISTORIARVM

regno, consulendū regio generi, consulendū etiā reliquę atra-
ti, quam cū uxore liberisq; traduceret iocūdiorem. Rex autē,
etsi multis rationibus aduersabat̄, q; senescens, q; inutili cor-
pore, q; ægrotus esset, tamen ut potissimum obiiciebat, non
esse opus coniugio, cum nepotē haberet Federicū iā infantiae
annos egressum, qui maturior ad successionem, q; qui postea
nascerent̄, foret, qui sibi non alio/q; filii loco esset. Sed cū illi
p̄ferrent filiū nepoti, legitimū illegitimo, plures uni, certum
in multis liberis, q; incertū in uno, tandem acquieuit, nec p̄
cepit, ut ab aliis uxor p̄spiceret sibi, sed ipse per se, interduas
adulescētulas, quæ sub uxore domi creuerāt, aliquādiu hēsi-
tauit, ambas forma insignes, & summo loco natas. Ceciliam
Iacobi comitis Vrgellensis sororem, & Margaritam neptem
Ioannis comitis Pratensis. Nam Petrus pater morte obierat.
Sed ut erat prudentissimus rex, si cepisset uxorem Ceciliam,
uidit fore, ut frater illius, se uiuo quidem regem agere uellet,
ita animo regnum conceperat, mortuo autem, per fas p̄cep-
ta nefas ad se populos contraheret. Præterea nequid in auum,
nepotemq; machinaretur. His rationibus uel solis/uel sum-
mis adductus, Margaritam præeligendam putauit, non sola
formæ præstantia, ut quidam nimis iuuenili animo, & quasi
amatorio, opinantur, nec ut simulatum est, q; medici magis
hāc ad cōceptus idoneā iudicarent. Vix mensis a nuptiar̄ die
intercesserat, cū legati ab rege Ludouico uenerūt. Ludouicū
& si nonnulli regē fuisse negāt, tñ regem appellabo, q; multi
fuisse regē affirmant, cū quibus, q; cū illis excusatius/atq; hu-
manius est peccare, nescientem ab utra parte peccetur. Hi
legati ab rege Franciæ quoq; uenisse dicūtur, quo maior lega-
tioni adesset autoritas. Eorū primus fuit episcopus Conser-
neum, qui orationem habuit, illa tēpestate inter suos omnis
iuris diuini humaniq; consultissimus, deniq; eloquentissi-
mus. Nam ita constat inter eos qui affuerunt, nullum se lit-
erate loquentem, eloquentiore, nec ante nec postea audisse.

LIBER SECUNDVS.

Quam tamen orationem, nemo eorum qui laudant, memoria te net ad uerbū. Sed sententias aliquas, & præcipue capita, quæ cōmōdius in oratione regis, ne bis dicantur, a me ponentur. Hic cum cerneret regē subinde orationi suę, ut putabat idor- mientem, ut oculis cōniuentibus, capiteq; demissō sterteret, intersistebat. Rex contra, cognoscens cur interquiesceret, iu- bebat eum pergere, non enim se dormire, & si clausis oculis sterteret, aut si corpus præ morbo dormiret, non tamen dor- mire animum, atq; hoc sæpius facienti, inquit, an tuę oratio ni indormierim, an inuigilauerim, & ex mea responsione in- telligas licet. Itaq; ubi loquendi finem fecit episcopus, quinq; ait, capita continet tua oratio, quoꝝ singulis, eodem ordine respondebo. Primū q; me salutasti uerbis Ludouici regis tui, mihi affinis, agnosco egregiam erga me illius benevolentia, quod profecto mutuum fit, nec minus eum mihi fateor esse cordi, propter sua in me officia/fidem/amorem/q; propter af- finitatem. Qd autem secundo loco nunciandam mihi duxit uictoriā suā, qua potitus est aduersus Ladislauum, in hoc quoꝝ fecit amice, cum sciret me non mediocrem de suis pro- speris uoluptatē esse capturum, quam & illi & mihi propriā, perpetuamq; opto. Nec minus in eo, quod tertium fuit, amo- rem suum erga nos declarauit, q; quemadmodū me uictoria sua gauisurum sperauit, ita se meam cladem dolere ostendit, missio ad me sapientissimo uiro, qui consolaretur, quæ profe- cto consolatio talis est, ut quemuis paternum mcerorem mi- tigare posset, qui modo tantus non esset, quantus hic meus, qui filium & uirum & unicum/& regem/& cum omni uirtu- te, tum in patrem caritate præditum, & orbum liberis amisi. Vtcūq; tamē & miseratio amici grata est, & consolatio sapie- tis nō nihil molestiæ leuauit. Precariq; habeo cœlestē regē, ut regē amicū hoc uulnus, quo ego saucius cōfectusq; sum, nō si nat experiri. Nā qd quarto loco posuisti, lōga ofone execut⁹, successionem si sine liberis deceſſero, ad uxorem eius filiūue

HISTORIARVM

pertinere. Istud uero mihi non constat: tu quoq; uelut in dubia re, multa uerba fecisti. Ideoq; non est, ut accipiam puerū, ac matrem eius, sicut postulasti, cum & ipse uerbis euangelicis respondere possim. Quod iustum fuerit dabo uobis. Ais ideo mihi accessendū Ludouicum puerum, ut iam nunc in nostra regia, & inter populos uelut futurus rex, assuecat, percepturus motes/linguam/discrimina personarū/ingenia regium, ne postea cum res posset, rudis ad gubernacula regni accedat. Hot ego multis de causis, ne agam deducor. Primū quia huiusmodi præiudicio, non faciam iniuriam aliis, qui uobis in successionis iure non cedunt. Si enim uobis acquiescam, quid aliud/q; uobiscū ius hoc facere pronunciē? Deinde si quis alius in iure succedendi, aut sit, aut fiat, aut nascatur, potior uobis, qui tandem honor istum puerum consequetur, quem a nobis honoratū uultis, si ab adita/atq; administrata regni possessione dimittatur, & uelut expellatur? Non enim deest, qui se potiorem uobis putet: non deest, qui fieri possit: non deest mihi spes suscipienda sobolis: confidoc; clementiā dei, q; sicut afflixit me, faciens de patre orbum, ita uulncri meo medicabitur, de orbo faciēs patrem, ex hac dilectissima mihi coniuge (aslidebat enim ei regina) & certe uterq; quātum in nobis est, enitemur ut parentes simus. Ad quod uerbum, cum ambo surriserunt, cum uero ceteri arriserunt. Medici quoq; spem faciunt, qui aiunt facilius ex homine prouerctioris aetatis/ac puella, q; ex utroq; adulescente, filios gigni. Et nihilominus qd gaudiū oculorū huius/meorūq; erit, si in hac uaiditate, atq; in hac spe tollēde plis, uidemus domi uersari alienum puerum, quasi nostri uersari regni, id est nostrę orbitatis heredem, haud dubie infaustum omen, & acerbum augurium. In quo non parum miror affinem meum, eiusq; subrequito prudentiam, qui sub ipsis pene nupriag; auspiciis de successore meo agendum putauit, nec de successore tantū, sed de adoptiō, quasi nec duxisse uoxem, nec uellem ducere, aut

LIBER SECUNDVS.

cere, aut ex ducta liberos (quod omen deus auertat) nō essem
sublatus. Quod tamen si nō continget, alienusq; mihi suc-
cessurus est heres, quid mea magis refert, aut quid prius,
antiquiusue debet uideri, q̄ prospicere regem proceribus, ac
populis meis, exquo iustum imperium, firmum præsidium,
perpetuam pacem nanciscantur. Proceribus inq; meis/ ac po-
pulis, quoꝝ sanguine partim in Sicilia, partim in Sardinia
recipiēda, ego & filii usi sumus. Quoꝝ pleriq;, aut liberos aut
pārentes/aut fratres/aut alio modo propinquos desyderant,
pro domus mex amplitudine amissos. Neq; enim minus re-
gium puto, populos suos, & p̄fertim de principe optime me-
ritos, post obitum suum, recte gubernandos curare, q̄ uiuen-
tem recte gubernare. Exquo testificatum relinqua apud oēs
iudicium meum, ut si domesticus mihi heres nō fuerit, ii ad
quos pertinebit, sequantur meam defuncti uel rationem uel
autoritatem. Neq; uero, quod ultimo loco posuisti, abnuo
uestram postulationē, ut permittam causam, de successione,
iam nunc quoq; agitari. Non enim ita delicato animo, ac pa-
rum forti sum in obeunda morte, ut de successore meo dispu-
tari, etiam tā recenter a nuptiis, pati æquis auribus nequeā.
Filius meus facit, ut hæc pati possim, & mortem non multo
plus timeā, causa mea q̄ optem. Nihilq; est quod magis uitā
meam oblectet, q̄ futuræ prolis solatia, siue mas siue fœmina
futura est. Nam ut tu uis, qđ facile passus sum te dicere, in
paterno regno, si mas filius defecerit, fœmina potest succede-
re, & quidem ante omnes mares, qui regem coniunctissimo
gradu non attingant. Idq; tu ita præsentī constantiæ animo
affirmasti, ut præsentius atq; constātius affirmasse uiderim
neminem. Siquidē de fortunis omnibus, atq; capite uis di-
micare. Si quis naturali iure, uel scripto demonstret, hoc in-
troducedum in Aragoniam esse, fœminā in regnum non posse
succedere: istam ego te sponsonem facere non sinam, milita-
ribus magnis uiris decoram, q̄ litteratis, ne dicam, pontifici-

HISTORIARVM

bus. Placet itaq; in cōmune referri ad consultos de iure cōpetitorum, quid nam de successione regni mei, diuinum ius humanumq; decernat. Ipse quoq;, dum per occupationes licebit, prāsidebo huic cause. Multo enim prāstat me uiuo sospiteq;/ac disceptatore discuti lité iudiciis ac uerbis, q; me uel defuncto/uel morbo/attateq; affecto, ui & armis. Hæc locuto rege discessum est. Mox cum in cubiculū rex introisset, multusq; de his rebus, ab iis, qui circumstebant dum sermo haberetur. Utinam inquit Guilhelmus Moncada rex ex te problem siue marem/siue foeminae primo quoq; tempore uideamus, quæ & uiuenti patri, ac diu sit iocunditati, & defuncto succedat. Cæterum si (quod absit) aliter deo cordi sit, non uideo quin Ludouicns puer, in succedendo primas habeat partes, qui nepos sit ex filia regis Ioannis fratri tui: hoc est quin ipsa Iolans cius mater, regnum quod fuit patris assequatur. Non uereor enim loqui de iure cōpetitorum apud te, non tanq; regem, sed tanq; disceptatorē ac iudicē, ut te ipse fecisti. Nam qui debet regis esse potius hercdes q; liberi? Atqui filia ex liberis est, & cum sola fuerit, locum liberoq; implet. Hæc nisi tu frater extitisses, regnum paternum adipisci debebat; quod siquid sexus impedimento est, et si nihil hoc impedire uolūt, en filium pro se tibi nobisq; offert, ex matre catalanū, cui ius suum hereditarium cedit. Atq; dicenti, pleriq; qui intermissio strepitu colloquendi, silentium tenuerant, assentiebantur. Tum Bernardus Centellia: Immo uero iustius multo debetur successio Iacobo Comiti Vrgellenſi. Nam ista scemina cum alleget nobis puerum, plane fatetur ad se regnū pervenire non posse, eadem ratione, qua nec patris potuit esse heres, cum sola superstes extitisset. Quod ergo ius ipsa nō habet, id profecto alteri tradere non potest. Itaq; exclusis scemnis, inter mares est disquirendum, quis regi sit proximus: is sine cōtrouersia erit Comes Vrgellenſis, cuius pater, qui proxime est mortuus, eodem auo, quo tu progenitus es patre Ia-

LIBER SECUNDVS.

anne, qui successurus Alfoso regi erat, nisi Petrus pater tuus
maior natu fuisset. Nunc (quod tamen deus non finat) defi-
ciente Petri sanguine, ad fratrem seu fratri liberos redeat re-
gnum, sicut ad te rediit paternum regnum, fratre defuncto.
Qd siquid mometi habet foemineus sexus, adest uxor Comi-
tis, filia patris tui, uel patri successura uel fratri, que certe ti-
bi coniunctior est, q fratri filia. Itaq; quod sexus adimit, id
ex uiro, cui & ipsi ius est, in successione supplebitur, atq; ita
ambo coniuges, mutuo auxilio innixi, iustitiā omnem here-
ditatis implebunt. Tū Bernardus Villalicus. Recte, inquit,
Bernardus Centellia locutus esset, si in eodē pares non habe-
ret, atq; ut ego sentio, supiores. Nā si placet ad priores patrū
redire, certe prior est Alfonsus dux Gādiæ, & frater eius pro-
sorcer tuus rex, Comes Pratensis, patre Petro, auo Ioanne rege,
qui fuit proauus tuus, patruo Alfonso, auo tuo. Ita eodem te
illi contingunt gradu, quo tu Comitē Vrgellensem: sed tanto
uenerabiliores q ille, quanto propius accedūt ad tuos maiores,
tantoq; digniores qui succedāt, quanto proximiores iis regi-
bus sunt, unde quasi ex fōte regni origo emanauit. Eo quidē
magis q hi succendent Ioanni auo, ille uero Alfonso proauo.
Nam q aīs de uxore, tantum tibi respondeo, cam non modo
ex non regina, sed etiam ex nondū uxore genitā esse. Sybillā
enim qualis anteq; regina fuerit omnes scimus. Feret aut hēc
rex me dicētem, uel quia, ut inqt Bernardus Cētellia, in hac
causa iudex est, uel q loquor ea, quæ grata debēt esse nostræ
reginæ, cum ob alia, tum uero ob hoc q ago causam aui sui,
uel fratri aui. Hæc dicenti Villalico, nemo audientiū nec af-
sensus est, nec cōtradixit. Tū rex, equidē inquit, si locus hic
iudicandi est, iudicarē aliquid inter hos, quoq; causas egistis.
Sed quid attinet de his pronunciare, cum sit adhuc aliis cō-
petitor, qui uereor ne istos omnes excludat, Ferdinandus in-
fans Castellæ, natus ex Helianore mea sorore, non dico natu
maiore, q hæc est ex Sybilla nata, sed ex eadē matre, qua ego

HISTORIARVM

sum, genita. Dux autem Gādiæ, & prosacer meus, ac Vrgelli Comes, mares illi quidem sunt, sed eos in eadem pono cōdītione, qua fœminas. Nemo enim sic in regno, aut ulla in hereditate succedit, q̄ de progenie sit illius, a quo primum hereditas profecta est. Nam hoc modo ad eos deferretur hereditas regni, qui ex uetusis priscisq; regibus oriundi sunt: sed non ita est. Verum sicut intercisa fontis uena, atq; alio deriuata, totus prioris cursus alueus aqua priuatur, ita tota progenies eius, qui semel a successione paterni fontis exclusus est in perpetuum exarescit, nec nisi aliquo flexu redeuntem e latere aquam recipere potest: hoc est, dum cursus iterum in terrapruis, in proximum canalem deriuatur. Id fit dum rex, aut quicunq; rerum dominus sine liberis decedit, eius regnū ac bona lege naturæ ad proximum quēq; defertur. Nam cū res sint ultimi domini, non autem superiorum, qui suum ius in alterum transmiserunt: nimirum ut quisq; maxime coniunctus huic erit, ita plurimum iuris in succedendo sibi uendicabit. Quod cum ita sit, non quis proximus sit superioribus regibus Alfonso/Petro/ Ioanni querendum est, sed quis mihi, cuius regnum est, & in cuius alueo postremus defluit regni riuus. Proximior autem mihi nemo est ea, quæ ex eisdē parentibus genita est, & eius filius præponendus est mihi fratris mei nepoti, cæterisq; qui me longiore propinquitate contingunt. Nam, quod dicitur, fœminas non succedere, id intelligitur, quando & mates proximi sunt. Dux autem Gādiæ, & Comes Vrgelli, tot a me gradibus remoti, non sunt mihi proximi. Et Iolante fratris filia, ac Isabella sorore, Helia nor est mihi proximior. Ego illud uobis affirmare possum, nullum eorum, quem cupitis, regē magis ex usu regni fore, q̄ Ferdinandum; sed uos studia partium trahunt. Quid autē conducibile uobis sit, non peruidetis. Habetis igitur testificatum iudicium meum, siquid forte de me aliud factum sit, prius q̄ res disponantur. Verum magis q̄ pro ualitudine cor-

LIBER SECUNDVS.

poris, hodie & audiendo, & loquendo laborauit. Et hoc quidé
grauissimi ac sincerissimi regis testimonium fuit, quod non
modo per urbem Barcellonam, in cuius suburbano prædio
hæc gesta sunt, sed per omnes nationes, eius prouincias de-
manauit, magnamq; Ferdinandō autoritatē comparauit.
Cæterum rex & si hæc & sentiebat & dixerat, tamen omni di-
lignantia/cura/autoritate/gratia/ precibus / pollicitationibus ,
nepoti suo studebat . Nam delectis iudicibus , per omne co-
gnoscēdæ causæ tempus nihil reliquit, quin ius successionis
Federici esse declararetur, & eo quoddidie impensius , q; assi-
due magis ac magis liberos se gignere posse desperabat. Sunt
enim qui dicant, nullo pacto, nec medicorum arte, nec mul-
tifariis machinis, potuisse eum uel cōcumbere cum muliere,
uel puellæ uirginitatem demere; licet mater aliæq; nonnullæ
foeminæ uelut ministræ puellæ adessent, licet uiri quoq;
aliquot auxilio regi essent, qui uentre quasi appensum per
fascias a lacunari pendentes, quibus tumor proni uentris
cohiberetur , demitterent eum sensim in gremium puel-
læ , ac sustinerent . Sed hæc uerecundius forsitan in silentio
reponuntur. Commendabat igitur Federicum memoria pa-
tris, studium aui: sed hæc omnia uitium natalium apud iudi-
ces corrumpebat . Ideoq; longe favorabiliores erant Ludoui-
cus & Comes Vrgelli . Illum cōmendabat nomē patris, ami-
citiaq; cū rege Aragonum, & mutua hospitia utriusq; gentis.
Ad hæc respectus matris, que proximi regis filia in oculis, &
consuetudine uirorum mulierumq; Cataloniæ , adoleuerat,
auia cum regina Iolans, quæ præsens modo ueteres amicos,
pro filia , pro nepote, modo ueteres amicos cliētesq; mariti
obsecrabat , ut memores essent defuncti regis beneficiorum.
Hunc gratiosum faciebat , q; ex uirili stirpe regiæ domus ,
q; iuuenis, q; eximia specie corporis, q; præsens ipse non pro
alio, sed pro sese singulos prænsabat , orabat , donis pro-
missisq; implebat. Itaq; apud iudices, non minus ambitione

HISTORIARVM

q̄ disceptatione agebatur. Quod Ferdinandus ubi per suos comperit, legatos ad regem mittit, orans ne permitteret in iudicio suffragiis potius, q̄ legibus agi. Rex illum recte dicere, & æqua postulare, respondit, seq̄daturum operam, ut res ordine irent. Verum hoc præstare non poterat, quia ipse in primis eo uitio laborabat, si uitium appellandum est, & non pietas, pro unica spe familie suæ anniti, ut nepos in regno succederet. Qui postq̄ animaduertit nihil sibi speci fore in iudicio, nam hoc ei iudices cōfitebantur, iussit illos extra here tempus, nec quicq̄ de iure competitorum palam facere, donec ipse alia ratione mētes populoꝝ cōciliaret. Alfōlo rege p̄sidēt, lata lex fuerat, ne quis illegitimus in regno succederet, ita nunc se præsidente, per populos præsentes, quibus idem liceat, quod superioribus exceptionem unius obtinere, non ui aut imperio aut autoritate, sed cum miserabili aspettu, utpote collocato ad gremium orbi regis populo, tū sumissa oratione, darent hoc senectuti suꝫ, darent orbitati, darent precibus ac lachrymis, sinerent se cum hac lātitia diem suum obire, q̄ relinquat nepotem heredem, ne exulceretur hoc quoq; dolore altero uulnere, quo non minus afflictetur, q̄ ex illo q̄ filium perdidit. Illo enim amississe filium, hoc amissurum esse regnum: darent meritis suis, qui Siculum regnum Aragonico adiecisset, darent meritis filii, qui Sardiniam amissam Cataloniaꝫ, non parua ex parte restituisset, darent unico duorum regum filio. Juuenis, qui mortuus est, senis, qui nisi impetrat, cito comes illi futurus sit. Non enim præponi illegitimum legitimis se postulare, sed eum pro legitimo esse. Qui cum alii nulli potiores sint, nulli iniuriā facturns est, neq; plane esse illegitimum ex patre celibe, ac matre innupta genitum. Hoc si in priuatis semper ualuit, multo magis debere ualere in regibus, quos sola contentos uxore esse, uix postulandum est, & in bellis aut longinquis regionibus agentes, ut uxores habeant, fieri non po-

LIBER SECUNDVS.

test: neq; exclusos a successione fuisse filios ancillarum Iacob, neq; eandem causam Salomoni obstatiss; quominus ad regnum tolleretur, cum tamen non modo non solus, qualis Federicus, sed ne primus quidem ex Dauid liberis esset, & alia plurima omnibus ex gentibus, huius generis exempla. Atq; quo facilius honestiusq; peruerteret, ut est ingeniosa caritas, uide operæ premium fore, natales nepotis emendari per summum pontificem. Neq; enim id difficile factu, & hoc effecto non ausuros, etiam si qui minus uellent, populos aduersari regi roganti pro eo, qui iam illegitimus non esset. Erat autem summus apud eos pontifex, affinis pueri, matrisq; consanguineus, Petrus de Luna, nomine Benedictus. Ad hunc rex Dertusæ agentem scribit, rogans ut Barcellonam, captato tempore, quasi per causam alterius negotii, ne res pateficeret, se conserret. Interea Comes Vrgelensis e diuerso non minus & ipse laborabat, uel ob hoc sollicitior q; rex, q; ille alteri, hic sibi consultum uolebat. Et cum Catalonia iam suarum partium existimaret, q; in ea natales/domum/potétiā/clientelas suas ac patris auiq; haberet. Valentiam quoq; multis officiis/largitionibus/studiis deuinctā sibi reddidisset, ut uix constaret, ab utris magis obseruaretur, Villaragutis, atq; Centelliis, quæ sunt duæ illic sumtus atq; diuersæ inter se factiones. Tamen nihil actū esse cœsunt, nisi idem in Aragonia, ubi caput rerum est, effecisset. Sunt aut in Aragonia nomina factionū, Luna, & Vrrea: Lunam iam sibi cōciliauerat, ascito sibi Antonio Luna, qui tūc principatū factionis obtinebat. Diuersam uero factionē non modo ob odia partiū infensam habebat, sed etiā quia studebat Ludouico cōpetitori in regno, authore ac duce Garsia Heredia archiepo Cæsaraugustano. Erat enim is beneficiarius domus Frâcie, hoc pfecto pessimū ē in petitione regni, q; nemō iuri, oēs amicitię fauēt, secūdū hūc p̄p in quo eius Egidio Roiz, Aragonię gubernatore; cui⁹ fili⁹ Ioānes i Herediā fa-

HISTORIARVM

miliam fuerat adoptatus. Ex quo fauor Ludouici ppter summos magistratus in Aragonia plus pollebat. Hos Comes ubi blandiciis promissisq; pellicere se posse desperauit, exco-
gitauit quo modo illorum diminueret potētiam, suorū adau-
geret, simul se dominum causæ constitueret. Postulat ab rege
ut in Aragoniam gubernator delegetur, qui magistratus
soli regis primigenio tribui solet: contendit cum alia quedam
esse ex usu prouinciae, tum uero illud ex usu regii fisci, si
rationes iam compluribus annis repetantur regi administrarum. Rex & si nihil minus uolebat, q̄ Aragoniam uelut ar-
cem regnorum, ab hoc regnum affectante occupari, & quasi
eum adoptasset hoc magistratu, exire famā, simulq; sine cau-
sa sincerissimum ac prudentissimū uirum a magistratu amo-
vere: tamen admonito Comiti, caueret quid ageret, postulata
concessit, neq; id magnopere inuitus, tū sperans illo absente,
cōmodius cum papa confectum iri negocium nepotis, tum
uolens conciliari maiora in Aragonia homini odia, quo mi-
nus temeritas prospera esset. Dat itaq; ad gubernatorem atq;
archiepiscopum clandestinas litteras, ut aduersus Comitem
iure suo utantur, nullam tamen de litteris ipsis, ut saluus sit
pudor regiæ sinceritatis, mentionem habeant. Comes diuul-
gato rumore, se iam pro indubitato haberi successore ab rege
cum magistratum, qui soli primigenio regis indulgeatur, sibi
indultus sit, cum magno apparatu Cesarauastam uenit, sti-
patus omni factione Lunensi, poscitq; se admitti in possessio-
nem. Ei gubernator prætorq; quem iustitiam uocant, atq;
archiepiscopus, cum cæteris suæ factioñ intercedunt, ne-
gantq; illi ex lege præsidem licere esse, nec regem uelle reu-
care legem, quam non possit, sed impudicitia Comitis
non ausum refragari, ne hominem odiisse diceretur, ita
ramen id concessisse, quatenus ratum lege esset, ac po-
puli admitterent, nunc nec legem admittere, nec po-
pulos. Hic multa altercatio, mox seditio, dehinc res

LIBER SECUNDVS.

ad manum uocatur , quottidieq; leuia prælia prope ciuilia conseruntur . Ex quo sunt qui dicant , a quo homine primum excitatum est , & iis regionibus bellum intestinū , in eius domo subuertēda , tandem esse restinctum . Pauculis diebus superuenit Ioannes Ferrādis auxilio patri auūculo , partibusq; cum magna armatorum manu : urbemq; ingressus , ante pugnam cōmissam , Comitem e foro domum fugat , dumq; expugnare domum aggreditur , ille per posticum , quod ad flumen fert , cum cæteris abiit . Sunt qui habitu dissimulato , ac sine comite , nec equo sed pedibus fugisse dicāt , quod falsum esse compertum habeo . Illud quoq; non minus falso dici , ab rege preceptum illis litteris , ut Comitem interficiendum curarent , quod non modo abhorret a uero , sed etiam a regis ingenio mitissimi ac iustissimi , & qui s̄epe dixerit , nolle se regni ius auferre ei cuius foret , nec si cētum alia sibi regna adeptū iri existimaret , meminisse se Christianum esse , cuius æternū regnum foret , si recte egisset : rursusq; æternum supplicium , si praeue , si cito relicturus esset hoc regnum , petiturusq; illud , cur insolito scelere cōmacularet manus , pro alio quem uellet heredem , cum ne pro se quidem commaculatus esset . Regnum sibi eripi non posse , post sua fata , eius fore cui deus destinasset : prophetare tamen audere , qui non uia iuris , sed factioribus / dolisq; regnum affectaret , eum ad regnum nō esse peruenturum , Comitem significans , hæc respondit iis , qui suadebant : non enim deerant , qui suaderent ut Comitem toleret . Ille ex Cæsaraugsta fugatus / Aragoniaq; , in Cataloniā Ballegerium domum suam sese receperat , non reuersus Barcellonam , siue ob euētus indignationem / pudoremq; , siue q; uitaret urbē nō nihil pestilentē , quam rex quoq; deuitauerat . Primum habitans in p̄dio suo , cui nomen Pulcher Aspectus de quo supra dixi , deinde in habitaculis monasterii in Valle Dōzelle , nō p̄cul a muris , siue ne interesset pōp̄ legitimatio nis Fēderici . Nā & ab iis qui cū papa Barcellonæ erāt , susur

HISTORIARVM

rabatur , & Siculorum legati præ se ferebant , qui omnibus
precibus obsecrātes regem, ut eis regem præficeret Fēdericū,
ex siculo rege, & de siculis optime merito, & ex matre sacula,
& in insula ipsa genitū confessionem ab eo expræsserant uo-
luntatis, qua erat auus in nepotem, siue ut uitaret suspicionē
sceleris, quod ab eo per uxorem , & matrē credit̄ admissum.
Referam non omnibus rem notam, nec passim diuulgatam,
ob Comitis ut creditur, tanq̄ futuri regis uel metum uel gra-
tiam . Sed tamen inter domesticos, a quibus ego accep̄i uiris
bonis & grauibus agitatā, & ppe compertā: dicit̄ Comes pro
deplorata, habuisse spem suam, si legitimatio fieret per sum-
mum pontificem , deinde per Aragonenses , exceptio unius
Fēderici in lege, quæ est contra illegitimos lata. Ad qđ ipsum
quasi de publico consensu uenisse gubernatorem , proxime
audierat . Omnia enim rerum certior quotidie fiebat per
uxorem & matrem, quæ per causam propinquitatis, ne pedē
quidem, ab regina discedebant: quam etiam studiosam causę
Comitis reddiderant , & ab ea Centelliam familiā unde ipsa
materno genere erat, conciliatam habebant. Hæ mulieres die
Iouis, ante diem dominicum, solēnibus legitimationis desti-
natum , quæ erant futuræ kalendæ Iunii, uesperi dicuntur,
anserem saginatum, quem opipare cōcinnarant assūm regiis
ministris porrexisse, per speciem demerendæ reginæ , ut regē
& adipibus/& quartana torpidum, ad Venerē procreationis
gratia excitarēt. De quo ansere ubi comedit rex, statim uche-
menti dolore stomachi conflictari cœpit, ac latētari , moxq;
ardētissima febri insecura, signaq; & maculæ quædam in de-
functi corpore (secundo autem die defunctus est) appa-
ruerunt. Quanquam potuerunt esse signa pestilentiae . Nam
quod dubium est in tanta re , id ego nolo fieri mea asseuera-
tione certum . Omnes enim fere ex eadem domo , post regē
uel peste uel febri extincti sunt, quales etiam plurimi ex ciui-
tate . Potest & id in causa regis fuisse , non malitia , sed sim-

LIBER SECUNDVS.

plicitas mulierum atq; stultitia, quæ quottidie citra medico-
rum conscientiam, cibariis ad Venerem, q; ad salutem aptio-
ribus inferciebant uirum, unguentisq; oblinebant. Siquidē
defuncto rege & domo, ut fit, a fœminis subito derelicta, est
inuenta cellula his cibariis/unguentisq; differta. Vt cunq; res
administrata sit, certe Comes in morte regis, præter cætera,
hac spem secutus dicitur, q; gubernatoris munus inuitis ini-
micis administrare posset, cum id per legem defuncto rege
non prohiberetur; aut saltem impunius archiepiscopum cete-
rosq; de medio tollere, ut nihil sibi posthac superesset impedī-
menti. Cui rei euentus ipse testimonium dedit. Vt autem ad
rem redeam, ubi totam illam noctem rex per æstus/atq; cru-
ciatus insomnem duxisset, cū illuxit legati Barcellonæ / mul-
tiq; proceres lectulum circūsterunt, multi mortiferam sen-
tientes, & inter se consuurrantes, sed in horas magis ac ma-
gis ad extrema uitæ spiritus properare uidebatur. Cum inte-
rea mater Comitis atq; uxor regem adeūt, rogantq; ut nunc
saltem in ipso extremo uitæ tempore Comitem declararet re-
gni successorem. Non respondenti, atq; ut solebat, sed alio
somno subdormitanti, appræhēdit matrona uestē a pectore,
atq; inquit, filii mei est regni successio, filii mei, quem tu suc-
cedere uetas, contra fas iusq;. Ad quam ille inspiciens, ego,
inquit, ignoro istud, & ita esse non credo. Simulq; Guilhel-
mus Moncada, & unus legatorum, retracta manu a brachio
fœmine, admonuerūt, ut reuerentius tāgeret regē. Postridie
deplorata iam eius salute, ne maturius præfocaretur, consti-
tuunt in sella amictum tenui tantum amiculo, ac dispectorā
tum. Erant enim soles æstiui; illuc eum complures adierunt,
ut iacti quasi defunctum lamentabantur, & in primis siculi
legati, Federicū sibi regem dari, cum fletu lachrymischē posce-
bant. Quibus rex ingemiscēs, uerbis ac uultu quantū poterat
cōmēdauit. Tū legati barcellonenses, nequid respōsum regis
fortasse scrupuli moueret impostorē, adhibitis tabellionibus

HISTORIARVM

interrogarūt , iuberetne eius regna esse , cui iure deberentur : ita se iubere respondit . Præclarum profecto responsum , uel quod mulieribus , uel quod sicolis , uel quod barcellonensis bus , reddidit . Primum quidem liberum / ingenuum / ac præfractum , sed sine bile , atq; indignatione . Alterū uero molle , atq; affectus plenum , sed ita ut iustitiae magis , q; affectui se parere ostēderet . Ultimum autem simplex ac solidū , ut nihil petendum sibi existimaret , nullo cōpetitorum in succedēdo , populis proceribusq; cōmendato . Iam omnis familia per domum , prope modum lymphata ferebatur . Iam cubicula illa quę nuper ornamentiſ / mulierum symphoniis , atq; omni iocunditatū genere exultauerant , deseruntur , denudātur , & uelut ad hostium aduentum , aut si Erynnis inuafisset , lugubria uident̄ , ac feralia , cūctis partim occultius , partim aperi- tius emigratibus . Quorum unus fuit Aegidius Aragonię gubernator , qui intelligēs , q; infestos haberet inimicos , per cau- sam dormiendi , meridie cubiculum suum intrauit , & muta- to habitu , cum regio confessore Barcellonam abiit , rumorq; fuit conatos esse quosdam in domo regis uincula ei iniicere , credo hanc opinionem ex eo ortam , q; Comes certis homini- bus negocium dederat , ut ei uincula iniiceret , cāptumq; du- cerent , aut necarēt . Nam Barcellona , cum eo uenit gubernator , plena armatorum erat , ex maxima parte eoz , qui comiti studebant , & intrantes urbem , perq; uiam eūtes , ciuitas sci- scitabatur , an rex adhuc spiraret , an ibi gubernator Arago- nię adesset ? Quo maturius ille tantopere se queri ab inimicis cognoscens , sibi delitescendum putauit . Atq; ea nocte , cum secus atq; consuetudo ferebat , clausæ forent portæ , audiebat e domo , in qua latebat , in propinqua , ubi multi uersabantur armati colloquentes / admirantes / querentes , ubi est gubernator ? quid de eo factum est ? quo abiit ? Hic autem ubi multa iā die apertæ iam portæ essent , non equum , sed nauigium con- scendit , Paniscolamq; , quæ sibi amica erat , se contulit . Hæc rettuli , ut

LIBER SECUNDVS.

rettuli, ut q[uo]d uioléto ad affectionem regni fuerit animo Co-
mes Vrgellēsis, appareat. Nunc referam id, quod an ueneni
an pestis an alterius rei signū sit, medici uiderint. Quod ipse
qui uidit, quid fuerit se scire negat, idem, qui regem ueneno
perisse, non credit. Is est Borra scurras eximius, quattuor &
octoginta hodie natus annos, neclum a scurrido uacans.
De quo nequis miretur me facere mentionem, intanta fuit
apud complures semper reges dignitate dicam, an opinio-
ne, an beneuolentia, ut eum in libris meis fastidire non de-
beam, quem reges nullo quamlibet serio in negocio fasti-
dierunt, cum presertim, quod apud uulgi opinionem ualeat,
plurimum diues sit, adeo ut ad centum millia aureorū profi-
teri possit. Vir profecto natus ad exprobrandum litterarum,
scientiæ & sapientiæ studiosis, qui doctrinā non ueri con-
templatione, non summi boni fine, nō ipsa uirtutum laude,
sed pecunia & umbratili populorum honore metiuntur. Ad
hos quotidianum Borræ conuitum pertinet dicentis, plus
se & pecunie & honoris comparasse, dum stultum agit, q[uo]d qui
litteras & sapientiæ studiosi uocantur. Quod cum audiunt
pleriq[ue] litterati, ornatumq[ue] hominis regalem uident, & eru-
bescunt, & dolent, & si uera fateri uolunt, etiam inuidēt, ni-
mirum infra omnes scurras/histrionēs/mimosq[ue] detrudendi,
male meriti de liberalibus artibus, quibus inuidiosam uolūt-
esse uitam scurilem. Hic igitur Borra de numero erat eorū,
qui suis rebus, non sibi timerent, in quibus absportandis, cū
aliquothoris distractus fuisset, tandem ad conspectum rediit
regis. Cui ille uix suppetēte uoce, unde, inqt, domine Borra?
qui tam diu abfuisti. Hic simul ut rem dissimularet, simul
ut regē cupidū sua uis alloquii, si posset, hilaritate afficeret.
Ego uero, inquit, e vicina uinea redeo, ubi nescio qui hinnu-
lum meum per caudam ad sicum suspenderant, quasi ficos
furto edisset, qui nōdum maturi sunt. Ad hanc facetam uo-
cem rex cū arrisisset, mox animā celerius agere cœpit. Borra,

HISTORIARVM

ut erat ex aduerso, uidebat umbram quādam, breue loci spaciū occupantem, paulatim a medio uentre ascendentem, prout anima cōtinenter inferiora relinquebat. Id uiderit ne, an uidere uisus sit, an conuexitas aliqua corporis obumbraverit, fides penes oculos eius sit. Vbi ad guttur euasit, & ipsa euanuit, & rex animā efflauit. Ita Martinus rex, uel diutinæ quartanæ langore, uel tunc grassante morbo, uel incōmoda habitudine corporis, uel infando ueneno, uel incōsultis uxoris medicamētis, uel micerore amissi filii, uel horē plerisq; excessit e uita, omnium Aragoniæ regum & potentissimus (nā nullus ante eum Siciliam tenuerat) & ultimus ex familia comitis Barcellonæ, in quem regnum Aragoniæ transierat, filia regis, quæ patri successerat, in matrimoniu accepta. Ex quo mirari habeo, quid in mentē uenerit illi regi atq; Aragonensisibus populis, uelle non licere in regnum succedere fœminæ, cū ex hac regina & uir Catalanus in regiam dignitatem consenderit: quæ res etiam nationi gloria est, & Aragonia maiorem imodum maiestatē suā propagauerit, adiecta ei quasi appendice Catalonia, quæ uiribus ad illam sexquialtera est. Siquidem cum rex Aragoniæ nuncupat, Cataloniæ quoq; princeps subintelligitur: hoc est q; ambaꝝ unus, idemq; rex, sed ab una, quæ sit dignior nuncupat. Quare haud dubitem dicere regem illum, suæq; ætatis homines, qui cōtra fœminuā decreuerūt, fecisse, quod sui maiores non faciendū existimauerunt. Mortis Martini nōnullæ res, ut credūtur, prænūciæ fuerunt. Eodē mense fuit eclypsis lunæ toto sydere obductæ, circiter horē spaciū. Item terremotus semel, cum mane surgeret, iterum cū poculū a pincernæ manu accepturus esset. Cunq; dixisset mors magni alicuius uiri terremotu significatur, inqt ex intimis quidem nunc nostræ timeo parti: ad eum rex, ego non sum magnus, ubi adest maior, maior me papa est, de illo igitur terremotus loquit̄, non de me. Erat autem tunc Benedictus Barcellonæ, ipse uero eodem in prædio sub-

LIBER SECUNDVS.

urbano. Itaque uisus est minus soluisse audientibus questionē terremotus, q̄ innodasse. Ex quo animi suorum magis anxii esse cœperunt. Nam in tota Hispania nō modo Benedictus, qui sub umbra regis latebat, sed nemo alius cum Martino erat comparandus. Corpus defuncti a medicis curatū, & ad tricēsum usq; diem in publico reseruatū est, ut ex omnibus regnis homines cōuenientes agnosceret. Sed maiore cura reginam Comes afferuandā curauit, ut uix miserē cubiculo pēdem liceret efferre, uerbo quidē q̄ diceret, dubiū esse, an grada e rege foret, re aut̄ q̄ uereret, ne ex altero postea cōcipiēs, e rege se concepisse mentiretur. Siquidem & apud iuris consultos, & apud physicos recepta opinio est, incertum tempus esse pariendi, & in undecimū usq; & interdum in tertium decimum mēse in extra huius partum posse; & hæc quidem domesticā sunt. Publice autem post defunctum sepultumq; regem patefacta est magis apertis studiis iānua, & omisso iudicioꝝ ordine, pro se quisq; impensius quottidie parare arma, cliētes contrahere, concire cuiuscq; generis homines, suas partes augere, consultare cum suis, nec domestica tantum, sed externa etiam auxilia accersere, donare, polliceri, nihil remittere, magisq; ac magis indies ad uim spectare r̄es uidebatur, & regnum eius fore, qui plurimum posset. Poterat autem plurimum tunc Comes Vrgellensis, Federico morte aui prope destituto, & per aetatem magis adhortando, q̄ adhortante: Duce Gaudiæ, non per se, sed per alios auxilia rogante. Ludouico & Ferdinandō extra regnum proculq; agentibus, ut Comes ex quattuor competitoribus, duorum qui aderant iam uictor esset, duorum qui aberant, alterum non timeret, quem nemo fere priuatum defenderet, alterius cuius adiutrix factio Virrea esset, prope diem uictor uideretur. Adeo iam de capiendis regiis insignibus, appellandoꝝ se rege deliberabat. Quod ubi rescuere Cataloniaꝝ urbes, summopere dissuaserunt, amissurum ea via illum omne suum ius, omne homi-

HISTORIARVM

num studium, nec a Catalonia, sed ab Aragonia incipientū
esse. Catalonia quidem studiosam eius semper fore. Verum
tātam labem minime subituram esse, ut regem ipsa & prima
& sola faciat, contra suas & quidem maiores natu sorores ex
pectaret quid eligendi iudices pronunciarent. Iam conciliū,
quod illi parliamentum uocant, cogi ex omnibus prouinciis
in Calatauibio. Sed hoc illi molestum erat, q̄ res in Arago-
nia, q̄ archiepiscopo authore, quasi nauis gubernatore, admi-
nistrentur. Quid enim sperandum sibi de brachio ecclesias-
tico? quattuor enim brachia in Aragonia faciunt, cuius ca-
put sit archiepiscopus, competitoris studiosus, sui inimicus,
cum quo Benedictus papa faciat, ut omnia cōmuni abbato-
rum consilio geri videantur? Quid de nobilium, equeriorūq;
cum gubernator, prētorq; tam sibi infensi, q̄ archiepiscopo ob-
noxii sint, cū alter affinis, alter gener illi esset? Quid de bra-
chio ciuitatum, quod uocat regale, quorum pleriq; superiore,
uel authoritatē uel gratiam sequuntur. Eo quidem magis, q̄
dabat operam archiepiscopus, ut concilium Cæsaraugustam
transferretur. Idq; recte ac iure fieri per suos papa assueva-
bat. Quod si fieret, multo meliores fore partes Ludouici in-
telligēs Comes, utriq; minatus est, archiepiscopo se pro pīlo
pontificali, impositurum cassidem ignitam, papę rasurū esse
uerticem noti aqua, sicut fieri solet, ante perfusum. Interea
quottidie cedes, seditionesq; per pūnicias siebant, nec cuiusq;
authoritas, aut potestas ire obuiam poterat, nemo satis alteri
credere, nemo obtemperare, ipsa capita inter se dissidere, ac
digladiari. Vsq; adeo iam in contemptum uenerant exteris.
Siquidem in Sicilia, de quo postea dicemus, Bernardus Ca-
prera res nouas moliebatur, & insulę regnum affectabat. Cu-
ius non minor metus incessit animos eorum, qui bonum pu-
blicum & gloriā Aragoniæ, curā habebant, q̄ quis Aragoniæ
rex esset, cum plus damni fieret, alienata Sicilia, q̄ quolibet
competitor rege facto. Igit̄ omnia plena motus/timoris/tur-

LIBER SECUNDVS.

bationum/ac periculorum, & uelut in tempestate multorum uen-
torum, cum inter nautas non modo litigatur de gubernando,
sed etiam pugnatur. Huc accedebat, qd Ludouicus suauem ar-
chiepiscopi, quo maior causae suae esset & autoritas & gratia,
miscerat ad fines Cataloniae copias militum, nunciosq; ad cō-
cilium, qui hortarentur ad iustitiam, nihil metueret, præsto
esse copias aduersus perturbatores ordinis iudiciorum & iuris,
nec defuturas pecunias. Idem facit Ferdinandus, nō ignorans
a Ludouico, non minus illa in fauorem fieri iuris priuati, qd
publici, & contra Comité, factionibus armisq; cœlū ac terras
miscentē, authoritate armorum esse agendum. Ferdinandū quantū
fauor in aduersarios p̄pensus ledebat, tantū recēs gloria rex
gestarum & commendabat, qd mari terraq; uictor redisset, qd impe-
rium Castellæ ampliasset, qd pro re Christiana fortissime ac
felicissime dimicasset, qd nisi ad experiendā lité de successione
uenisset, prope iam regē barbarum debellasset: & de eo quot-
tidie magis ac magis homines fauorabiliter & sentiebant &
loquebantur. Exquo animaduertens Comes, iam duos exter-
nos competitores indies maiorem sibi autoritatē cōparare,
idq; archiepiscopi opera, facinus exequi festinat, & quod mi-
natus fuerat perpetrare. Itaq; Antonio Lunæ negotium dat,
ut hominem per speciem colloquii euocatum obtrūceret. Erat
autem Antonius & si diuersæ factionis, tamen perfamiliaris
archiepiscopo, ac pene cliens. Nam annuis quasi stipendiis ab
eo donabatur, & eodem mense septingentos aureos aragoni-
cos accepérat. Id dicitur fecisse archiepiscopus, qd cum fuisset
tutor Ioannis Ferrādis, fraudarat pupillum dimidiata here-
ditate, eamq; in Blascū, qui gentilis, atq; agnatus suus erat,
trāstulerat, indignum existimans tantam generis sui heredi-
tam, totā in alienū deferri, nulla ei qui ex ipsa domo esset
relicta portione. Is cū postea cerneret Ioannē, erecto ac subli-
mi animo virum, Blascum uero segniori, ac longe imparem,
uidit fore, ut se defuncto, ac nedum quidē defuncto, Ioannes

HISTORIARVM

Blascū hereditariis bonis exueret. Ea re p̄sidium homini infirmiori, aduersus potētiorem in diuersa factione comparauit, propinquū suum in contraria acie ponens, ducē hostiū intra sua castra uersari patiēs, ac uolens, unde mortis suę origo defluit. Et postea cū reḡ merita nesciamus, iudicia diuina mirari solemus. Enim uero hanc quā rettuli causam paucissimi notā habent. Neq; ego nūc de iudicio dei in uniuersum pronunciaſſe intelligar. Scio equidē iustos ſæpe multatos infotunio fuſſe, & iniquos ſecūdissima fortuna uſos. Sed nōnūq; sapientissimi non longe abſunt a coniectanda dei uoluntate, cū patrem ille aut dominū agere uideſ. Archiepiscopū e Calatauibio reuertentē, atq; in oppido Almuma agentē, Antonius ait ſe adire uelle colloquii gratia. Etenim ſæpe eū pro familiaritate interuiſebat, collocatiſq; ad iſidiās in p̄ximo nemore ducētis equitibus hastatis, & ex parte magna loricatis, ipſe cum paucis armatis procedit. Nam armati tū omnes ferre, qui ex factionibus profelli erant, incedebant, ac premitteſ e uicino ad archiepiscopū, qui dicat ſe ad colloquiū uenire. Eo hic nuncio lætatus, tanq; aliqd quo gauderet ab amico auditurus, conſcēſo mulo, obuiā egressus eſt, decē duodecimue comitibus. Nam festinantia plures undiq; cōuenite nō ſig- rat. Ille tardius de industria iter faciens, plus duobus stadiis procul a muris archiep̄m excepit. cūq; ſe mutuo ſalutaffent, hic illū filii, ille hūc patris nomine. Ecquid, inqt Antonius, erit ne rex Comes Vrgelli? non me uiuo respōdit. Ego, inqt, aut te capto, aut mactato. mactato respondit fortale, captiuo nequaq;. Atq; hæc dicenti, frenoſq; flectēti Antonius colaphū in medio ore incuſſit, arreptoq; protinus gladio, caput ferit, refugientē cæteri uulnerant, ſubinde caput muli, ut ab iſtituto cursu auerterent, percutiētes, inter eos Antenii armiger, qui unus lanceam gerebat, ea ſubtus brachium adducta, incurrēns præcipitauit e mulo, atq; ita iacentem contrucida- runt, manumq; inter cætera uulnera amputarunt. Ita is

LIBER SECUNDVS.

qui diadema imponere regis dcbebat, imperio eius qui diadema sperabat, teterima morte est affectus. Vt ores angelos relinquent, ne unq; in sellā regiā illi daretur ascendere, per quē summi in regno antistitis corpus fœdissime cōfōssum, lacera tūq; iacuisset. Ideoq; statim diuinū, si recte æstimemus numē apparuit. Nam si tantum animi ad inuadendā urbem illis, quātum ad aggrediendū facinus fuisset, haud dubie sublata lis erat, & oppressa factione Vrrea: Comes regiam dignitatē, uel extorsisset, uel impetrasset. Nunc sceleris nō uoti compos effectus est, dū hostem debilitatū mancūq; magis de fuga, q; de ultione cogitaturū putat, tam procul posito Ludouico, a quo peterent auxilia, nec in mētem uenit ei, plerisq; animalibus acriora arma in fuga esse, & ingenium ex necessitatibus crescere. Dato hunc in modū spatio inimicis ad sibi consulen dum, illi tamen illatæ iniuriæ dolore, tum inferendæ metu, ad proximum ac magis ualidū Ferdinādi, de cuius iure bene quoq; sentiebant, præsidiū confugiunt. longe decepta aduersariorum spe, qui a semel suscepta causa, in aliam desçituros hostes non suspicabantur, ignari plus posse odium q; benevolentiā, & dolorem q; gratiam, & cupiditatem se ab atrocī iniuria ulciscendi, q; alieno honorī inseruiendi. Blascus quoq; qui ingresso Antonio opem tulisset, nunc ingressus cum potentia aliis opem ferre, nisi sceleratissimus uideri uellet, & a bonis cadere, coactus est. Ferdinādus intelligēs ex una re tria sibi cōmoda fore, q; partes suę roborarentur, q; cōpetitorq; qui ualidissimi erant, alter debilitaretur, alter hostes supra caput aderrimos habiturus esset, non grauate auxilia misit. Periit autem archiepiscopus anno circūacto, ab obitu regis eodem mense. Cuius morte solutum consiliū est Calatauibii, & post modū conuētus puinciales agi incepiti, ab Aragonensibus in Alcamitio a Valētinis in Tragera a Catalanis Dertusę, q; hęc oppida finitima sunt aliis duabus puinciis. Quo diffcilius fuit, inter distractos cōceptus, mature deliberari, cū p̄fertim

HISTORIARVM

quottidie maiora consererentur in Aragonia certamina, gubernatore uolēte prouinciam in officio tenere, ac quiete. Comite accersitis e Vasconia & transmontes copiis, annitente reliquias aduersæ factionis euertere, & suam rebus gerendis præficere. Tandem post aliquot menses, per conuentus universos, hoc est, per terna brachia, Valentia & Calonia ecclesiastica/patritia/plebea/ultra quattuor illa Aragonia, quæ diximus, locus delectus est in Aragonia, oppidum Capsa, mandatumque gubernatori ut dispositis præsidis armatorum curaret nequid respub. detrimenti caperet, quoad interregnum duraret. Ibi cum alia multa, tum uero de iudicibus diligendis tractabat. Interea Comes nō eadē qua in Aragonia, sed non multū dissimili iniustitia, par proptermodū sui fauoris ac partium naufragiū fecit. Valentiā primū ab alienatis a se Cetelliis deinde suæ factionis pugnatoribus Villaragutis pfligatis. Materies calamitatis hinc ortū accepit. Ioannes Belliera p̄fcs quem & ipsum gubernatorem uocat, ita infesto ferebat animo pro Villaragutis, contra Centellias, ut non gubernatoris sed carnificis munus se crederet accepisse, nullū oportunius uel ultiōni uel iniuriæ tépus ratus, q̄ illud interregni demēs atq; insipiens, qui non intelligeret neminem uehemētius delinquere magistratū, q̄ qui personam præsidis gerit, & quod multo magis est, etiā regis qui uita excessit: tunc etiam præses nulla ex parte suus, sed totus ciuiū, totus reip. est, & quasi canis in ouili sine custode, cum magis uigilandū, latrandūq; pro grege est. At iste inīto partium odio pro cane lupus effetus, aut peior lupo canis, absente pastore partem gregis, qui colorem & si Centellianum habebat, nō tantum fugabat, sed trucidabat quoq; ad quadraginta numero, & eo amplius cōstat, honestos homines per fas perq; nefas, uel suspendisse uel securi p̄cussisse. Ad hæc uicos oppidaq; centelliarum, asperitate iudicioꝝ exhaurienda curauerat. Hæc cū ad Comitē deferret Bernardus Centellia, q̄ princeps familiæ erat, quottidieq; cō-

LIBER SECUNDVS.

ploraret. Ille negligentius lētiusq; ferre uidebatur, nec curare et si uideri uolebat iniuriam propulsandam, uidelicet q; ueretur præsidem, cui addicta plebs erat, offendere. Atq; eo remissius agebat, q; Villaraguti, Lunis & Centelliæ, Vrreis in Aragonia responderent. Sic expressa necessitas Centelliis, ab eodem implorare auxilium, a quo implorasse atq; impetrasse Vrreas uidebant: eo facilius q; regina Margarita, conciliatrix fauoris, aliena a Comite erat, uel ob contumeliam acceptam, uel ob suspicionem regis extincti. Simulq; indignum ducebant, cum de iure competitorum ambiguum esset, Comiti contra alios adesse. Missis itaq; ad Ferdinandum, item ad Vrreas nunciis, qui auxilia implorent. Gilbertus Centellia Bernardi frater, cum bene magna clientum manu in agrum Valentinum incursiōnem facit, & ad sex millium capitum promiscui pecoris, quæ erant Ioannis Villaraguti subgubernatoris, abigit, dicens illum per corruptelam iudiciorum, cū ex aliis tum uero ex Centellianis uicis, eum pecorum questū fecisse. Ad hunc cohercendum Valentini magistratus tum publico tum priuato nomine equitatum, quo ipsi non multo utebantur, a Comite accersunt ille confessim quadringentes equites Vasconum mittit, Raimundo Petelioſo præfeto, inter primos Catalanorum procerum, forti ac strenuo. Sed ii fere sub idem tempus applicuerunt ad oppidum, cui tiomen est Castellioni, ad flumen Borrianam, quo Ioannes Ferrandis applicuit, cum septingentis equitibus Sagutum, quod nunc uocant mutum ueterem. Quam urbem Centelliæ suæ factionis studiosam tenebant, pene medianam inter Castellionem atq; Valentiam hinc quattuor, illinc sex leugis distantem, atq; utrinq; transitu prohibentem. Nam a dextro latere perpetui montes ad mediterraneā Hispaniam portecti, nisi plurimum dierum circuitu Valentiam ire uerant, a sinistro oppidum Puteoli, & alia loca natura, atq; opere munita, facile transitum interspiunt. Ad hæc inter Sagun-

HISTORIARVM

tum Valentiāq; interiectæ paludes , utiq; hibernis austibus laxiores, ut tum erāt . Vix tamen intercapedinem littoris ad transitum relinquebat . Quas angustias maris ac paludis ob sidere aduersus Valentinos transituros, ut colligi conjectura poterat, constituerant . Hoꝝ utrorūq; aduentu percepto, pr̄ses Valētinus tremere ac furere, q; auxilia hostibꝫ uenissent, sua peruenire non possent, & q; inimicis non modo impune esset laſſisse, sed etiā ad ulteriorem iniuriā animus facultasq; accessisset, & q; gubernator Aragonie in alienā prouinciā aduersus alterum gubernatorem per contēptum arma misisset . Tot igitur irritatis causis, iubet in posterū diē omnes qui per aratam ualitudinemq; possent, qui arma haberēt, pr̄sto sibi essent in foro armati; ut pr̄imum socios ad Castellionem reciperent: deinde uicos ac pr̄dia Centelliaꝫ, atq; socios igne ferroꝫ uastarent . Eadē nocte ad Ioannē Ferrandis atq; Castellanos, qui cū eo erāt eq̄tes citatissimo cursu superuenit Comes Caſtri cum cohorte fortissimog; iuuenū a Ferdinādo missus, neqd factio atq; arma Comitis Urgellēsis in Valentię finibus perturbarent . Vbi illuxit populus Valentinus sub armis, ad duodeuiginti millia peditū, ac ducentos equites ad locū p̄sta fuit, maxima ex parte inuitus, q; & bellum ciuile detestaretur & q; Centellianę factionis pleriq; studiosi essent, quos pr̄ses pr̄cipue arma sumere imperauerat, tū ut experiretur q; obedienter imperata facerent, animaduersurus in contumaces . Nam capitale edixerat, si quis eorū non adesset, tum ne urbē diuersae factionis hominibus relinqueret, si tantum suos eduxisset . Haec est conditio tyrannorum, aut tyrānis similiū, ut suis ciuibus nec absēntibus nec pr̄sentibus satis confidant, et si confidere necesse habent . Ideoꝫ plerūq; cum res in periculum uocatur, ab alterutris cladem accipiunt, ut nūc uidemus contigisse . Nam cū iis copiis gubernator sub signis ubi ad angustias uenit, uidet procul instructos ex aduerso hostes, magis illos quidem ad intercludendum iter paratos, q;

LIBER SECUNDVS.

inuadendum. Erant enim pauci, ac pene nulli ad tantā multitudinem, sed spes seditionis hostilis, & fiducia equitatus, & uictorię preciū excitabat animos. Bernardus, iussis subsistere suis, progressus in medium, iubet aliquos e diuerso in collo quiū mitti. His missis, ait. Nihil minus se cupere, q̄ aduersus patriam bellum gerere. Ideo nulla dum arma intulisse, ultum priuatas iurias esse, & si nō satis pro idignitate ultū, ulturūq; si inimici iniurias facere pergent, cohibere uim nō afferre, uelle rogare illos, ut a lēdendo tēperent satis habētes q̄ ciuitatem arbitrio suo moderent, parumper expectent dū rex declaretur, nolit esse ciuilis belli causa, in quo utrauis pars uincat, utrisq; si patriam amant, esse dolitrum, se agno scere ciues suos, amicos, propinquos. Deniq; cogitaret preses non tam hostili animo omnes, qui secum essent pugnaturos contra nomen centellianum q̄ Castellanos/atq; Aragonenses contra Bellerianum, se quidem cum paucis domesticis esse, ut sociis qui plures sunt, ac pugnacissimi cede reuocare nō possit: illum uero cum multis etiam inuitis quibus bello commisso, ut pugnent imperare nequeat. Hęc ubi magistratus audiere, signum timoris interpretati sunt, ob idq; ferociores effecti. Non pactionibus agendum esse respondent, aduersus exules, & patrię proditores, sed gladiis. Se regem esse, quoad regni controuersia est, proinde aut se permittant ei qui pro rege est, aut pugnam capessant. Ille tum magna uoce exclamat, ne interpretarentur se diffidētia uirium illa loqui, sed patrię caritate, prouiderent priusq; gladii stringerentur ne tristeū eum diem & infaustum patrię redderent. Ec cum nonnulli a magistratu iussi obstreperent, ac conuictarentur, tanq; tempus terenti. Deum (inquit) qui ex alto intuetur testor, & uos homines qui adestis, & te tabellio, ut mihi publicus testis sis, inuitum me ac coactum ad pugnandū descēdere cū ciuibus meis. Vos tamen amici, quos istic mihi plurimos esse scio, queso ne commitratis, ut amici uestri aut

HISTORIARVM

uos feriant, aut feriantur a uobis. Sunt qui opinentur il-
lum dolo ad colloquium uenisse, ut seleret inter hostes dis-
cordiam, plurimiq; a pugna se uel abstinerent, uel subduce-
rent, prout factum est; sed ipsoꝝ malo. Ego sicut doli incertus
sum, ita illud certum habeo sacerdotū testimonio, Bernardū
maluisse & amicis consultum esse, & patriæ, q;d imicatum.
Post hæc uerba, ad suos regressus, renūciat quid ultro citroꝝ
dictum sit. Socii concepta ira atq; spe uenientibus occurruū,
& qua in parte uolitare præsidē cernunt, cum robore equitū
impræssionem faciunt. Locus angustus pauciores adiuuat,
aliquandiu acerrime, & præcipue inter equites dimicatur.
Ibi duo ex primoribus Castellanorum equitum cadunt cum
aliquot sociοꝝ, sed eo acrius cæteri ingerunt, & præsidem ob-
regalia uestis insignia conspicuum circūsistunt, atq; obtrun-
cant, plurimosq; comitum adiiciunt, cæteri in fugam uertun-
tur. pedites quoq; qui circa ducem pugnabant, quia hostem
a tergo adoriri non poterant, & ab alia equitum manu, con-
fertiſq; peditibus distinebantur aliquātum sustinuere certa-
men, sed minus acri animo, q; multos sociοꝝ nō periculo, sed
spectaculo adesse cernebant, quasi pugnandi eis propter an-
gustias copia non esset. At ubi ducem cū multis obtrūcatū,
cæterosq; equites fugientes cognouerunt, & ipsi in fugā uer-
tuntur, miscenturq; cum aliis, qui manus non conseruetant.
Sed Castellani, qui Centellianos & Villaragutos non inter-
noscerent, ut in quenq; incidebant, promiscue sine discrī-
mine feriebant. Illi qui cū sociis stante acie ferrum non strin-
ixerant, non profligatis sociis stringere cogebantur. Sed quis
aut uincientium ferociam, aut fugientium ignauiam, repre-
mire potest? Cadunt igitur Valentini ex omni genere ac ster-
nuntur, uersisq; in fugam omnibus terga ceduntur, nec fuga
eis saluti erat, cum equitatum herentem tergis, cuitare non
possent. Videres itaq; hos in altū mare, illos in limosam pa-
ludem, uelut in castra penetrantes, & dū tutiora ab accessu
equoꝝ petūt,

LIBER SECUNDVS.

equorum petunt, in uoraginiſ ac depreſſa labentes, nec fere pre
armorum pondere emergetes. noua ubiqꝫ facies, iſolitus tu
multus ac clamor, eodem tempore terrestre prælium tam an
gusto in loco gerebat, ac cedes fiebat, mari, palude, ac inter
iecta inter hæc terra, tribus diuersis locis continenter cruore
imbutis. Nec omnes gladio mors abſumebat, sed etiā aqua
multos, & utroqꝫ genere. Qd̄ niſi Bernardus & Ferrandis in
tercessiſſent, hinc ferrum suoꝫ cōpescentes, hinc Valentiniſ
ſter, fugāqꝫ pateſcientes ac præeunteſ, iñſignis inter paucas
calamitas eo die Valentiniſ accepta eſſet. Perierū tamen ex
iis illo prælio, & poſtea ex uulnerebus ad quattuor millia ui
torū. Cæteri quos neqꝫ mare, neqꝫ palus, neqꝫ gladius haſit,
fuga ſe in urbē reçperunt, & ni duo ii quos dixi obſtitiſſent,
ueriti urbē direptū iri, uictores cū uictis i portas irrupiſſent,
& quod incrédibile uideatur, tanta ciuitas ac tam frequēs, a
tantulis copiis direpta fuſſet, atqꝫ euera eoqꝫ missis in urbē
Bernardus, aliquot ex ſuo numero principibus amicorꝫ, ipſe
Saguntum ſe recepit, cum paucis captiuis aduersæ factiſniſ.
Cæterum neqꝫ hanc humanitatē in ciues ſuos, neqꝫ ſuperiorē
pugnæ deprecationem, tantæ laudi tribuo Bernardo, quanto
dedecori illā imanitatem atqꝫ ſequiā, qꝫ reuerēs, iuſſit atmpu
tari caput præſidiſ, ac præfixum hastæ, tradi filio puerō, quē
ceperat, in urbem uſqꝫ geſtandum, ut in altiſſimo poſtmodū
crabe ſuffixum pro tropheo ſtatueret. Neqꝫ enim ſic crudeli
tas inimici ulcifcēda eſt, ut crudelior ipſe iudiceris. Adeo mi
nus imane fakturum fuerat filium ſuper paternum cruentem
iugulaffe, qꝫ religiſum illud patris ac filii pignus polluiſſe,
ac ludibriō habuiſſe. In ſequentiibus diebus a populo Valen
tino acciti Cetelliꝫ, magistratus ex corpore ſuo creant, remqꝫ
publicam ad ſe omnem transferunt. mox Castellanos acceſſunt, ire ad ciuitatem ut ſuſpicabantur iratam formidantes.
Sed ii ciues neceſſe habebāt, aliis ueniam dare, qui ſibi ipſis
ab eisdem uictoribus ueniā precarent. Raimundus audita

HISTORIARVM

pugna ferē dixisse, se agnoscere fortunā Cemitis, cuius ducū alterius tardum ac timidum consiliū in Aragonia fuisset, alterius repentinū ac præferox Valentiae. Nam si dicim horāq; certaminis cum Raimundo præses cōmunicasset, in eā cladē uentū non esset. Sed uidelicet nimia fiducia, quæ frequenter potentiores partes euerit, præsidē in ruinam impulit, & priuatum & publicam. Itaq; Raimundus unum præsidē incusans, ac detestans infecto negocio rediit. Porro uictoria hæc longe plurimū, nō dico momēti sed authoritatis cōtulit causę Ferdinandi, coegeritq; iudicia maturari, anteq; cūmī ex parte intestinis bellis prouinciæ uexarent. Delecti itaq; sunt nouē iudices, ex singulis prouinciis terni. Imparem enim numerū ad finiendas uel lites, uel consultationes, Hispani multo cōmodiorem existimant: & id tēporis non poterat sententia pro aliquo competitorē ferri, nisi a sexquialtera parte iudicū, imo singulare prouinciarē. Quippe cum necesse esset, duces ex singulis prouinciis iudices conuenire. Prouincias appello patū proprie, quæ sunt tantū gentes a populo Rēmano uicta, sed ego usitatum uulgo morem sequor, quia tria regna, ut malle dicere, non possum propter Catalonia, quę regnum nō est, par tamē duobus regnis. Non ab re fuerit, & nomina iudicū & qualitates referre, ut posteritas sciat, quos uires tantæ rei præficiendos, ex suo quoq; corpore consilia tanta existimauerint. Ex Aragonia quidem delecti sunt, Dominicus Ramus episcopus Cīensis, quem postea Ilerdensē, ad extreūum archiepiscopum Terraconensem, eundemq; cardinalēm scimus nuper diem suum obiisse, post omnes collegas illius iudicii, in quo ipse sederat primus, de cuius sciētia uita/authōritate, dicere parum attinet, cum iudicia hominum, hoc est honores habiti, testimonium dicant. Franciscus Aranda, ustitu ac barba horridiore, q; uidelicet renunciasset rebus humanis alioquin ita accommodatus ad domos prīcipū, quibus diu præfuerat moderandas, ut nusquā non & in consul-

LIBER SECUNDVS.

tandis, & in administrandis rebus ac maturādis, primas obtinuerit partes: idq; sola naturę bonitatem atq; ingenii dotibus, citra ullam scientiam, ac citra ulla propemodum litteras, ut appareat ex homine natuvis bonis excellenti, formari potius præcepta sapietiæ, q; ex præceptis sapientiæ formari hominē excellentem. In quo illud præcipue admirabantur, cū quasi pater esset, ut quasi tutor potētissimi cuiusq;, tā modico exiguoq; contentus foret. Ideoq; libertatis miræ, ac nemini obnoxius erat. Berengarius Bardessinus, quo neminem neq; illius neq; huius temporis iurisconsultum in Hispania senes meminerunt maioris authoritatis fuisse, & perinde ad tantas opes peruenisse. Ex Valétia, Ferrarius dominus Cartusiæ, nō tam sciéntia (erat enim in iure ciuili perdoctus) q; conscientia optima, prudētiaq;/ac grauitate singulari insignis. Vincentius Ferrarius eius frater, ordinis prædicator, cuius admirabilis in concionando laus ad exterias usq; nationes est peruagata, princeps haud dubie sui temporis oratorum dumtaxat illiterato loquentium, & si uera memorantur miraculis clarus, & ante & post obitam mortem. Petrus Bernardus, iuris ita peritus, ut Valentiq; nemini postferretur, uita quoq; casta & integra. Ex Catalonia, Franciscus Sagarriga Terraconensis archiepiscopus, cum doctus sane in ciuili ac pontificio iure, tū uero ita facundus, ut ei primæ partes in eloquétia tribuerentur, & qui non minora ornamenta naturæ ad facundie pronunciandum, q; episcopus Conserraneñ. cum in contentiō nem uenissent iudicatus est. Bernardus Vallissicæ, quē nō tanti faciebant, q; in iure ciuili nulli suorum foret secundus, & in dicendo sane admodum ualeret, quanti q; plerasq; causas gratis defensitabat: neq; ex patrociniis potentiorum fauores, neq; ex humilioz; gloriam caprabat. Guillelmus Gnapes uir, ut in Hispania litteris satis eruditus ac cultus, atq; ex omni Barcellona, cum prudentissimus tum syncerissimus iudicatus. Hi iudices quo primo die ingressuri iudicium

HISTORIARVM

erant, corpus domini inspectante populo cōmuniter acceperunt. Deinde continuos triginta dies, præter feriatos, partiū aduocatos audierunt, quoties & q̄diu cuiq; libuit dicere. Libellos/disputationes/ceteraq; in scriptis probationum genera seorsum singula accipiebant. Reliquam diei partem in consultando soli consumebat. Postea uero q̄ nihil cuiq; libitū est, uerborum ac scriptorū profetre, conclūsi sunt in oppidi arce, hac lege ut illinc prodire fas nō esset, nisi rege declarato. Qui sermones ab iis inter se habiti, uel anteq; includerentur, uel ubi inclusi sunt, an multum an parum, nihilne dubitatum dissensumq; sit, incompertum mihi est. Quia nec aliquis deprehendit, & ipsi nihil intercessisse dissensionis significauerunt. siue q̄ ita fuerit, siue q̄ suæ grauitatis censuerint esse, consiliorum archana reticere, siue q̄ morem hispanum custodierint, quo nefas habetur, post euictam a senatu sententiam mentionem de his facere, qui ab ea sententia, quæ superata est steterint, & nihilominus parui interest scire quid intus quæsitum sit, cum sciamus quid propalam declaratum est. Octauo die q̄ se concluserant, qui fuit profestus diei, qui celebratur in honorem principis apostolorum mense Junio, conuocatis partibus ad sententiam audiendam, iudices in loco ædito ante ualas templi considerunt. Gradus autem templi qui multi sunt, & statim plateā ac tecta omnia, unde prospici iudicium poterat, omnis ætas sexusq; repleuerat, clausisq; portis armati muros ac uicos, nequid turba fieret, tuebantur. Tum Vincentius a cœtu collegarum surrexit, suggestumq; pro gradibus positum, & ad populos obuersum descendit, atq; oratiūculam habuit, qua dignitatem quandam sententię compararet, tum instrumentum in quo scripta erat sententia capit aperitq;. Pendebant ab uno omnium ora, mentesq; inter spem metumq; sollicitat. Non sic ad expectationem pugnæ suspensi sunt animi eorū, qui de turribus dorsibusq; popularces suos, cū hostibus decertantes prospectat.

LIBER SECUNDVS.

Nunquam post hominum memoriam tanta causa in iudiciis uersata fuerat • Nemo non illuc suos affectus tulerat, nihil sane quisquam suspicabatur , nihil de futuro diuinare poterat, omnia prospera cupiditas , omnia improspera timor subiiciebat • Ipse quoq; pronunciator , cum partem primam sententiæ recitasset , & ad nomen regis aduentaret, subinde magis expectationem hominum suspendebat, interloquens: Ecquem putatis iam regem uestrum esse ? quo maxime gaudetis ? qui maxime optandus est • Et cum aliquoties interfatus , ardenter attentionem magis incendisset • Infanicem Castellæ Ferdinandum recitauit regim declaratum • Ad quod nomen tantus exultantis turbæ clamor excitatus est, plerisq; assurgentibus ac discursantibus , ut reliqua recitationis pars non fuerit exaudita , præsertim militaribus undiq; uocibus, turbisq; ac cornibus: præterea bombardis obstrepentibus • Dicitur sententia ad tres conuentus nuncii cum litteris, quæ rem docerent missi sunt , ad Calatauibum, ad Tregieriam, Derthusamq; • Qui simul ubi re cognouerunt Ferdinandū esse regem, accipere dixerunt, litterasq; palius per urbes dimisere, legatosq; ad excipiendum regem , e Castella Arageniam ingresurum, delegere • Postridie q̄ rex declaratus est , cum audiret Vincentius , ad eumq; referrentur voces nonnullorum cau- Santium, non indigenam regem , qualis Comes Vrgelli futurus erat , sed alienigenam factum ; eodem in loco orationem habuit , dicens ubi de iure successionis questus sit, ibi nō esse causam, cur de persona mentio haberetur • Nam Comes Vrgelli, cuius uicem nonnulli dolerent, tantum abesse ut comparandus fuerit cum Ferdinandō, ut iurejurando interposito & teste conscientia collegarum iudicatus sita duce Gandiae, in succedendo superari • Quod autem ad personam pertinet, esse Ferdinandum matre Catalahum, Comitem Vrgelli Lombardum, illum patre rege ex eadem natione ; qua reges Aragoniæ, dignitate uultus ac corporis tanta , ut sit nulli secun-

HISTORIARVM

dus, & quasi ad regnandum natus. Animo autem ac uirtute, siue inter suos, siue inter hostes, ut si morem prudentium quorundam populoꝝ sequi licet, non minus eligendus ad regnum fuerit, q̄ per iudicium successionis declarandus, quę laus nequaq; ulla ex parte in Comite agnosceretur. Quare nō modo æquo sed etiam libeti animo, regem sibi diuinitus datum, expectarent atq; exciperent. Et alia in hanc sententiam plura, quę tamen insitos atq; impressos diu affeclus, & ab iis natam opinionem non potuerunt omnino excutere. Per uniuersas tamen urbes tam libentibus auribus nūcius declarati regis exceptus est, ut omnes fere sibi hunc inter competitores regem optatum speratumq; fuisse uideri uellent. Valentiaꝫ quoq; uix bene obductis cicatricibꝫ, uniuersi clausi tabernaclo officinisq; latitiam tot diebus celebrarunt, ut iubendi suerint per magistratum, omissis feriis ad opera reuerti. Ferdinandus primum per publicas litteras certior factus se regem declaratum, deinde legatos ad excipiendum ingredientem regnum suum delectos, & ad se iter habētes Aragoniā uersus contendit. Cūq; ad fines regni aduentaret, legati Aragoniæ Valentiaꝫ introgredi nonnihil Castellam obuiam regi ex equis delapsi sunt, ac manū deosculati. Cataloniae uero intra fines substiterunt, necq; ingrediēte Aragoniam rege, ex equis descenderunt, quorum ego neutros neq; reprehendere, neq; alteris præponere ausim. Nam priores illi officiosum existimatunt non excipere regem suum, uelut ex limine domus, sed prodire in viam, & obuiam progressos introducere, habito maiore honore, q̄ qui paribus haberi solet. Pares enim ex equis sibi dextras porrigit. Posteriores uero magis consertaneum putarunt, non egredi in alienum, sed ex solo patria regem in possessionem regni admittere, neq; descendere ab equis nouo exemplo, quod superioribus regibus sciebant nō fuisse factitatum. Sunt enim uarii mores hominum uariaꝫ sententiaꝫ, suis quę defensoribus tutæ atq; honestæ. Rex tñ

LIBER SECUNDVS.

horum nulli manū porrexit, sub humero sinistro admouit, præterq; Francisco Clementi episcopo Barcellonensi, qui fucrat patriarcha Hierosolimitanus, quē quia nouerat suā partis cupidissimum fuisse suauius est. Atq; ita cōmuniter legati cum ingenti ex omnibus regnis manu procerum Calatauibium, mox Cæsaraugustam deduxerunt. Vbi non multos dies est cōmoratus, dū pacificaret interposita sua authoritate dissidentes, neq; regis existimauit munus esse, meminisse iuriarum, quas priuatus accepisset, & odiorū, quæ aduersus se nonnulli gesſiſſent. Nam qui priuato hostes extitissent, postea regi non hostes sed clientes esse, & quibus prius ipse infensus fuisset, post regium nomen patronum/tutorem/patrem esse debere, nec præterita sed sequentia delicta cognoscere. His in concordiam reuocatis, idem de Valentiniſ, qui ibidē aderant, & si nōnulli saluū sibi ius esse, quo semper illa natio uia est, inter se belligerandi postulabāt, effecit. Nemo enī gerere inimicitias equū sibi cēlebat, cū uideret regē suas deposuisse, & in neutros se p̄p̄ēſiōrē ostēdere, paratū & passos & inferētes iuriā ulcisci. Est quidē hic apud illius gētis proceres mos, siue æqua siue iniqua ratione introductus, impune inter se certamina cōserēdi, quo pugnatores reddant. Si bellū terror a duobus potentissimis regibus ingruat, utrumq; latus p̄mētibus Franciæ atq; Castelle. Sed regiæ potestatis fulgor quoties audet, ac iusta causa subest, gliscentia hæc simultatū certamina, quasi nubila repellit & discutit. Forte iis diebus dum hēc gerunt, Alfonsus regis primigenius, uix adolescen- tiā ingressus, cū iſſet uenatū, nactus est eximia magnitudine aprū, quē ut uelocissimo equo uehebat, p̄cipue urgebat, cui p̄iēs aut solus occidete, aut primus ferite. nec p̄cul aberat Iberus longe maximū Hispaniæ flumen, Cæsaraugustæ muros p̄terfluens. huc aper̄ seu casu, seu uti in locū iā sibi antea notum, cursum intēdit, perq; ripas atq; inuia se demittēs, aquas ingreditur. Alfonsus a tergo instans, ac iam iam feriens,

HISTORIARVM

eadem ripa & semita consequitur, ac ne tam insignem prædā
hoc est tam insignem cum laude uictoriā, quam in mani-
bus habebat, amitteret, & ipse adacto equo flumē intrat, im-
memor quantum periculi adiret, natantemq; feram natanti
equo infesta urget hasta, quasi illam posset in tā rapido flu-
vio capere. Hoc spectaculo Bernardus Centellia, eius curæ
comissus adolescentulus erat, exanimatus reuocare pergentē
clamoribus cum non posset, ipse quoq; cum aliis nonnullis
āquas īneūt, magis uerentes infamiam destituti filii regis,
q; uitæ periculum. Ille internatandum quoad poterat ferre
conatus, in ultiorem ripam evasit, atq; illinc aliquādiu per
secutus strenue occidit; & maximi apri, & maximi flumi-
nis uictor. Rex ubi recessuit inter cogitationem periculi & ad
mirationem facti, nec indignationem nec latitiam ostendit;
nolens neq; strenuitatem reprehendere, neq; audaciam ni-
miam adiuuare. Haec ex īpōle Alfonslus futuræ magnani-
mitatis specimen dedit, sicut patientiæ ac mansuetudinis ex
eo quod egit postea diebus. Concesserat rex uenatum, non tā
ex more, q; ut Petrum ex filiis minimum circiter nouem an-
nōs natū, uenationibus, ut sic dicam, initiaret. Atq; ubi bo-
na diēs partē, & suos & filiorum oculos, animosq; multifaria
ueneratione pauit, iussit filium ad tenerum adhuc aprum, ca-
nis mōsu retentum, sauciumq; accedere, atq; illum hasta ex
equo ferire, ut tanq; præda a se capta lāetus vigorem animo
præsumeret. Cum in hoc occupatus est puer, & multi cum
risu hilaritateq; exhortantes, ut sit circumfunduntur, & ut
spectaculo intersint imitiscantur, indignissima res contigit:
equus cui insidebat Bernardus Centellia, Alfonso ut dixi-
mus, datus custos, tanquam Achilli Phœnix, calcem ma-
gna ui incussum adolescenti in exteriori parte genu sini-
stri, nesciebat ille calcitrosum esse equum, & quippe quem
commodato forte eo die accepisset. Ad eum icum Alfon-
sus non exclamans, neq; ingemiscens, pudebat enim

LIBER SECUNDVS.

a dolore uinci , tantum ad plagam apposuit manum , & represso gemitu , dissimulare magnitudinem mali conabatur . sed pallor infuscatus & rigor , & q̄ iam iam collapsurus videbatur , dolorem ingentem periculosamq; plagam indicabat . Tum inter amplexus multorum qui accurrerant , ex equo humi depositus cum esset , pro loci oportunitate uulnus cibili gabatur , multisq; in extremo adolescentulum esse mussitanis , aliis circumfrementibus , aliis nunciatum regi , qui non nihil aberat , euntibus fuerunt qui Bernardo suaderent ut fugam capesseret , ne aduenientis iram regis opperiretur , solus frater ne faceret dissuasit . Fore enim ut uelut noxiū ac sceleris consciū , multi sequerentur etiam regis iniussu . Nā quisquis fugit alios quodammodo inuitat ad inseguendum , a quibus uel retrahendus esset cum dedecore , uel puniens in fuga , ob facti ultionem . Siquidem impune est peccasse iis , qui ut regi gratificantur , alios offenderunt . Rex audita re cum attonitus accurisset , fremēsq; diceret , ubi est qui primigenium meū mihi peremit ? ille reluctans dolori , uultu ac uoce erectiore q̄ pro uiribus , nihil est , inquit , periculi pater , nihil mali erit , solent huiusmodi contingere , equus me non homo percussit . Hæc uerba uelut pro amico timentis extenuarunt , & apud patrem & apud cæteros culpæ atrocitatē . Quanta autem hæc fuerit animi præstitia fortitudoq; declarat , q̄ aliquot diebus per extremos dolores sine ulla recreatione iactatus est , desperantibus iam medicis quin plagā sacer ignis corriperet , nisi superuenisset chirurgicus quidam Ferdinandus Alfonsi , uir dignus , uel hac una curatione , qui litteris memorīæq; mandetur . Recepta salubritate filii , rex Dertusa , ubi se tenebat papa , deinde Ilerda studiorum nutricula , Barcellonam peruenit , ibiq; concilium generale prouinciæ Cataloniæ indicit . Nec dum se regem Siciliæ appellari uolebat , priusquā illius possessionem recepisset : affectabat enim regnum Bernardus Caprera , nomen ac spiritus au-

HISTORIARVM

referens , qui ornatissimam Genuensem classem , bello uicit & cœpit . Huic quidē spem faciebat , q̄ per mortē Martini Aragonia intestinis bellis laborabat , q̄ in Sicilia neminem neq; potētiæ/neq; factionis/neq; authoritatis maioris sciebat , ad hæc q̄ erat prætor insulæ , quē magistratū iustitia& uocat . Nam Blancā regis Nauartensis filiam , quę fuerat uxor regis Martini filii , ut fœminam contēnebat , eāq; ut spoliaret ac se augeret , authoritate priuatā uideri uolebat . q̄ defuncto rege cuius partibus fungebatur exauctorata esset . Se autem cum antea , tū uero nūc esse summū magistratū , & ad quē spectet moderari prouinciam . Neq; uero ob id modo aduersabatur reginę , ut primus ipse ac solus magistratus esset , quo facilius regnum occuparet , sed ut illā quoq; in matrimonium acciperet , quo maiorem sibi autoritatē cōpararet , ad regiū nomen assumendū . Faciebat p̄terea spē vicinitatis Ladislai , authoritasq; alterius summi pōtificis , si plures eodē tēpore possunt summi pontifices esse . Nam tunc de pontificatu contendebant , Benedictus/Gregorius/Ioannes . Colorem autem iuris p̄bebat , q̄ defuncta sine liberis Maria Siciliæ regina , regnū ad Martinum eius uirum nō potuerat peruenire , nec deinde ad Martinum patrem , eoq; illum regem esse debere , quē sibi Siculi ipsi delegissent . Cogitabat & aliā apud se ipsum causam , q̄ si Blancam in matrimonium accepisset , uendicaret sibi ob hoc quoq; regnum , q̄ Blanca Mariæ , ut propinquæ succederet . Siquidem Maria proneptis fuerat regis Nauarræ ex filia , quæ fuit prima uxor regis Petri , unde uxor regis Fēderici mater eius genita erat . Exquo intelligi licet , q̄ præpostere Bernardus ageret , uelut alienam a regno Siciliæ Blancā in sequebatur , cuius hereditario iure regnum sibi destinabat asserere . Hac cogitatione , qua fallere alios uolebat , ut mea fert opinio , tam callidus tā uafer uit nō fallebat . Neq; enim eum fugiebat , multo proximiorem Mariæ fuisse Martinum patrem , utpote auunculum , uti modo ostendi ,

LIBER SECUNDVS.

pariter & cōsobrinum, cuius mater, soror Federici regis fuisset, utroq; ex parēte. Qd ius p̄pinquitatis erat in Helianore regina Castellæ, cuius filius Ferdinandus eodcm gradu propinquitatis cōtingebat hāc, quo Martinus, qui fuit vir suus uere rex Siciliæ non modo uiua uxore sed etiam mortua, cū pr̄fertim Siculi regem, & ante mortem uxoris, & ea mortua agnouissent. Sed Bernardo si regno, reginaq; uxore potitus esset, quantulumcūq; ius satis sibi fore uidebat. Hoc in loco mihi consideranti Mariam, quæ parri in regno successit Martinum uel alterum, uel utrūq;, qui in ius fœminæ successor fuit, Bernardum qui tenui, hereditarii regni apud fœminam, filo uelut ancora nauem spei suę firmabat. Subit admiratio de Aragonēsibus, qui nolebant propinquos regis ex fœmina in suo regno succedere, cum uelint suos hoc ecclē iure succedere in alieno. Itaq; sic, ne alia repetantur, Ferdinandus in regno Aragoniæ potuit succedere, quo modo Martinus in Siculo. In hoc, sicut dixi, Bernardus nō fallebatur, fallebatur in eo q; multo maioris haberi debet & erroris & detrimēti. Erat enim optatis eximia singularisq; reginę pulchritudo, & in tam dubiis rebus atq; arduis amare uacabat, aut vacare uidebatur, cū potius optādum foret, illam minus speciosam esse, hoc est minus superbā ac fastidiosam, utiq; viro nec iuueni nec formoso. Ea propter si propalam in matrimonium peteret, extimescebat ne respueretur, neue factū suū non satis idoneo colore tegere posset. Quippe qui credi uolebat, uelle insulam in officio tenere, donec in Aragonia interregnū. Constituit itaq; dolo atq; insidiis tem tractare, si id parum procederet blanditiis ac promissis, ad extremum adhibere terrorēm atq; uim. Tenebat se per id tempus regina in urbe Catina, ubi arx inter primas tuta, & mari uicina est, sed diuersabatur fere in propinquuo monasterio cum sanctimonialibus, q; nullarum esset q; illarum consuetudo, uel aptior uiduæ fœminæ, uel ad famam honestior. Hoc in loco Bernardus eam compræ-

HISTORIARVM

hendere cum parasset, illa seu admonita a suspicantibus, seu certior facta a scientibus, in arcem furtim concessit. Qua de re Bernardus maiores imodum dolens, nō modo q̄ deceptus spe foret, uerum etiam q̄ uchementi cōflagraret inuidia, qui dolo in reginam uteretur. Misit ad eam qui de colloquio ageret, cupere enim se purgare inuidiā & suspicionē ab illius animo aditmere. Nec abnuit regina uerum quia parum fidei uterq; alteri haberet, cōuentum est, ut illa de puppi tritemis, hic de ponte, quo littori nauis iungit, sermonem saceret. Ille post multa uerba, quæ ad purgationē facti attinabant, dicit intulisse coniugii mentionem, & ad ea turbato uultu regina subiecisse, hui senex scabide, nec plura his, auertēsq; se iuslīse Raimundū Torres(is erat dominus ttiremis, solusq; aderat) retraheret longius a terra tritemim. Is protinus imperās temigibus in altum referre nauim, coegit Caprera conantem excusare præsentem orationem, cum p̄terita facta male purgasset, propere desilire de ponte, ne in mare cum ipso ponte decideret. Hic uero pernegabat postea se de coniugio appellasse reginam. ideoq; nec eam fastidiose respondisse, sed hanc sibi contumeliam ab inimico impositam, qui magis ut incōmodaret ei quem oderat illic tritemim habuisset, q̄ ut reginæ gratificaretur. Quæ dicenti non desuissent, qui crederent, & si sciebant nauem adhuc stante eo in ponte reductam fuisse, nisi quæ insecura sunt indicassent, nō modo affectasse uxorem, quo facilius honestiusq; regno potiretur, sed etiam corpus adamasse. Erat enim vir alioqui in primis mulierus, ut nescires Martem ne magis an Venerem coleret. Lapsus hac iterum spe, & per cōtumeliam elusus abiit indignas ac minabundus, se monstraturū illi q̄ inconsulte ageret, quæ recusaret, cum summo magistratu cōsilia in publicam salutē agitare, potiusq; cū aliis priuatis hominibus consultaret, & seorsum haberet cōciliabula, cum iam priuata esset. Itaq; cōparatis copiis, partim ui, partim minis, partim autoritate ciuitates plus

LIBER SECUNDVS.

ciuitates plurimas ab illius ditione ad suam transfert. Idem prope diem facturus de Syracusis uidebatur. Quam urbem non ut regiam sed ut peculiarem, traditamq; sibi pro uitæ dignitate, regina cordi habens, magisq; cæteras amittere uerita, illuc se confert, accersitq; Sanciū Doris Egidii, de quo supradiximus filium, præfectūq; classiarium, quem uulgo Almiracum uocant, q; sciebat simultates gerere cum Bernardo Caprera, ut rationem iniret, qua tam uiolento viro queat obfistere. Is cum ad eam una cum subpræfecto in arcem uenisset, Bernardus se ratus, ut dicebat, matrem cum pullis una capturum esse, eodem accurrit cum septingentis equitibus, ac mille peditibus, arcemq; prætergressus urbem inuadit, ac nemine repugnante, tum propter metum, tū propter gratiā ac factionem recipit. Comitibus Sancii qua potuerunt fuga elapsis, quos Sancius in arcem admittere noluit, q; re cibaria admodū tenui utebantur. Vix recepta urbe, Bernardus arcē obsidere atq; oppugnare instituit, prætendens urbem quidē redigere se uoluisse in suam potestatē, quo teneret in officio, donec de iure regis in Aragonia disquireretur. Arcem uero obsidere, non tam ob reginam, quæ nōnihil ab officio recedet, q; ob Sancium capitalissimum suum, qui cum semper aīs in se male cogitauit, tum maxime id temporis post reconciliatam gratiam, arma cōtra se sumpsit, & aduersus præsidem consilia cum primoribus de administrando bello agitat. Est aut arx, Marchettum uocant, in iis angustiis, quæ porthmos græce dicuntur, quasi limite quodam inter continentem, ut sic dicam, & urbem pene insulam, & sic olim uocabatur, cum non urbs, sed tertia pars urbis esset. Has angustias duo portus coarctant, maior minorq; supra maiorem arx posita est, breui muro cum porta arcem portūq; iungente, ab altera parte longiore muro, & sine porta, ad minorem portū producto. Ita nemo terrestri itinere urbē aut ingredi aut egredi potest, nisi per portam arci subiectam. Eam portam cum repentina

HISTORIARVM

aduētu Bernardus occupasset, custodiri iusserat, dū urbē uel
cepisset, uel desperasset, neue fortassis re infecta, confecta ho-
stes cōmodā fugā nāciscerētur. Vtraq; itaq; fronte terræ occu-
pata arcem & ab urbe, & a continente munitionibus cingit,
stationes extruit, præsidia disponit, oppidanis seu uolūtariis
seu inuitis nunq; intermissio labore adiuuantibus, ac nequa
navis a portu maiori (nam id a minori propter angustū adi-
tum non timebatur) subuenire posset, utraq; castra ducto su-
per aquas ponte cōmittit, machinisq; erectis ac tormētis saxa
iaculantibus, obſeffos quottidie oppugnat, ne noctibus qui-
dem ad quietem datis, & quod minime decebat amatorem,
honos sit autibus, ſimum ac peiora ſimo, quæ teterrimū odo-
rem remittunt, ſæpius q; ſaxa in arcis teſta iaciebat, nolens
deelle fortunæ, ut dictabat, uotis ſuis aspirati. Etsi paucor;
dierum cibos eſſe obſeffis ei compertum erat, tamē nihil lō-
gius uidebatur, q; ut reginam, quam cupiebat uxorem, ac tā-
topere amabat, & Almiracum quē nec minus oderat, & ſuis
cōſiliis aduersum præcipue timebat, redigeret in ſuam po-
tentiam id eſt, anteq; rex in Aragonia constitueret, ipſe ſe regē
in Sicilia faceret. Huic tantæ rei confiendæ & liuor & per-
fidia, ſi ei credimus, impedimento fuerunt ſi cæteris, auaritia.
& ut ipſe arbitror, irreligio. Siquidem laudes eius hæc duo
præcipue uitia foedabant, ſacro& contemptus, ac tenacitas.
Quorum alterum numinibus, alterum hominibus inprimis
inuifum eſt. Quanq; in eo non fuerūt illæ uirtutes, quæ ama-
bilem reddunt, humanitas / affabilitas/comitas/clementia/
largitas/magnificentia ſed quæ uenerabilem, atq; interdum
horrendum, ſeueritas/austeritas/tollerantia laborum/inedię/
algoris/æſtus/uigiliarum, multatio ſontium ac negligentiu-
ſegniūq; & his ſimilia. Erat in eisdem caſtris Ioannes Mon-
cada, frater Antonii comitis Darnonis, cui poſtea in paterna
hereditate ſuccellit. hic cæteris quidem in rebus Bernardi
partes fouebat, ſed in oppugnanda regina diſſentiens,

LIBER SECUNDVS.

cum uerbis hominem a sententia reuocare non posset , clam
armatis sociis , salutato duce , ac retinere conante , erupit e ca-
stris , nonnullis qui ceteros quo scūq; possent ad similiter agē-
dū suaderēt relictis , ad eū se in tutiora insulæ loca recipiētē ,
Sanciani confluunt , itemq; alii , qui melius de re Catalana
sentiebant , & rebus nouis Bernardi infensi erant , atq; paucis
diebus ex composito sub exortum aurorę Raimundus cū sua
tremi ante portū syracusanum præsto fuit , & Ioānes Mon-
cada cum trecentis equitibus , totidemq; peditibus , ligones
dolabraq; ferentibus , castra inuadit , fossas implet , uallum re-
scindit , præsidium deiicit , atq; in ipsa castra irrumpit . Cūq;
undiq; ad arma conclamatur ac discurritur , & ut quisq; pri-
mum tela ceperat , ad periculū pperat , Ioānes obuios quosq;
ipso impetu propellens ac sternens , ad pontem peruererat ,
tritemi ad tumultum excitata , atq; ad constitutum locum fe-
stinante . Sed ii qui in ulterioribus castris erant raptim sum-
ptis armis , cum auxilium alteris castris ferunt , in ipso ponte
Ioanni occurruunt . Ibi pugna oritur , paucis ad prohibendū
transitum sufficientibus , & nox & angustia loci & suspensa
super aquas machina , pedestribus q; equestribus aptior , anci-
pitem magis atq; horribiliorem pugnam reddebat . Ad hēc a-
tergo magis ac magis atrox certamen accendebatur . Cum in-
terim Bernardus in medio suorū uolitans , alios ut arma ca-
piant , alios ut dimicent exhortans , multos castigans atq; in-
crepans , nulli satis fidens , atq; ubiq; insidias suscipiās , omnia
ipse munera obibat . Ioānes e diuerso , nūc ad primos , nūc ad
medios , nunc ad postremos , recurrebat , iam eos qui ad ulte-
riorem partem pōtis obstiterant , summouerat , ac multi suorū
peruaserant : nec magno distabant inter se ipsi duces spacio ,
cum Ioānes Bernardum agnoscit , erat enim sine galea , &
linteum , sicut e cubili surrexerat , circūdatum capiti gerebat .
Tunc Ioānes exclamat ad socios , ut eum solum peterent ,
cuius caput linteo cernerent obuolutum . Atq; ita a plurimis

HISTORIARVM

Bernardus petebatur, & fortasse summum discrimē adiūset, nisi cognita re linteum abiecisset, paulumq; donec galeam ca peret declinasset, atq; latuisset. Ibi reuersus ad pōtem præliū maiore manu suorum iam senescens ac languidum redint̄ grat. & cum omnis moles belli in pontem contrahitur, pons ipse soluitur, multosq; mortales maiori quidem cum metu, q; cum noxa in mare exposuit, sed maiori dolore damnoq; reginæ, q; eorum qui deciderunt. Quippe eo ipso tempore, quo trepidā illa ad descendendum in pontem, & inde in triremim accingit, pons interruptus est, atq; ea præcipue parte, qua descendendum erat. Sic enim tabulata ac trabes disiectæ atq; euersæ sunt, ut quasi dedita opera exitū ad euadendum in triremim intesepserint. Sed patefacta porta muri ab auxiliariis, qui in ulteriora transierant, utiq; adiuuātibus nauticis, & iis qui in arce erant, cæteri per portam non fugiendo, sed se recipiendo ingressi, potiuntur ulterioribus castris, in urbē aut quocunq; poterant plerisq; Capraranis militibus, qui in iis castris fuerant, fuga tendentibus. Cæteri aut capti sunt, aut ad ueniam petendam, priusq; caperentur, se contulerunt. Simulq; Syracusani superueniunt. qui ut Bernardum iuuissent, si uincensem reperissent (nam superiores in bello adiuuare tutius est) sic meliorem nocti reginæ conditionem, se illi (nec mentiebantur) auxilio uenisse dixerunt. Atq; ita soluta obsidio, recuperata urbs, & regina sine trepidatione in nauem imposita est. Sanciusq; ne quā ansam præberet Bernardo ad reginam, propter ipsorum similitates, offendendā, cum Ioanne sociisq; abiit ad suam & reginæ iniuriā ulciscendam. Et dum hic atq; ille ad roborandas pro se quisq; uites elaborant, legati interim e Catalonia Drepanū appulsi sunt, missi ad reconciliandum Bernardum cum regina & Sancio, consulēdumq; regno, nequid tale in Sicilia, quale apud eos, aut deterius accideret. Venerat autem regina iā Panormum, tenebatq; se in domo regia, quæ dicit̄ illorū lingua Hosterū,

LIBER SECUNDVS.

posita super littus maris, a fronte uero ad caput ingētis plātex & fori, quā ad mare exitur, quōdam aperto prospectu, nunc quantum ipsum forum ac cāpus est, fornicibus in speciem muri prospectum interseptentibus, in quorum pene extremo porta est, quā nōnūq; uehementi Aquilone undis alluitur. Hac in domo, tantaq; in urbe, qua nulla populis in ea insula frequētior est, nihil sibi timebat regina, præcipue post aduētum legatorum. Atqui Bernardo ea urbs maxime opportuna insidiis, q; illic nihil caueretur, uidebatur. Nec domus inopportuna, q; remota a frequentia uicinorū esset, & legatorū aduentus securiore & magis indiligētem redderet, & alioqui matutandum erat, anteq; quod suspicabatur, a legatis iubetur. Itaq; compositis insidiis, omnia itinera obsidet, ne quis reginā admonere, aut legati se prius adire possent. Nulli illo triduo ab oppidis Bernardi, quā illic multa possidebat, iter Panormum uersus patuit. Eocq; Petrum Martini, qui postea fuit scriba portionis, nuncium legatorū iubentium triremim, quā ad Panormum esset, primo quoq; die ad se uenire, duobus diebus & dimidiato apud se retinuit in oppido Alcamo. Sed nimirū fraudis ac sceleris plerunq; comes est aduersa fortuna, si nuncio per eum licuisset eodem die Panormū peruenire, proxima nocte triremis dominus, e statione soluisset. Nunc ea triremis prædam e faūcibus lupi hiantis ac iam īā rapiētis eripuit. Enī uero tertia die sub meridiē profectus, intempesta nocte Panormum furtiuo aditu ingressus est, nec tamen ciuitatem sefellit. Nam ad eius aduentum, ut insolito tempore, strepitus tumultuantium excitatus est, & clamor aliorum alios inclinantium, & ubi erat plus timoris, uociferatio, aut trepidantium, aut adhortantium, & necesse est maiorem uideri sonum in silentio noctis. Multi nomen Capræ compellabant nō ex suis, sed ex aliis, qui hominis milites agnoscebant, ita notitia rei ad reginam peruenit. Illa se magis, q; urbem inuadi intelligens, exanimata e cubili prosilit,

HISTORIARVM.

domus multo magis q̄ urbs muliebri metu ac lamentatione confunditur, ne spatiū quidem illis uestiendi datur, cū pro sua, tum uero pro dominæ pudore sollicitis. Timor ipse ac festinatio satagentibus ad celeritatem impedimento est. Seminudæ igit̄ atq; neglecto capillo e cubiculis erūpunt, & inter primas regina, quod consiliū ineāt, quo se cōferant, ignorāt, & cum mature factō opus est, in ipsa calamitatis impudētis fuga hæsitant. Iamq; inter deliberationem ac festinantiam, uelut ex incēdio per gradus lymphatæ, in viam se proiecerāt, cum in mentem uenit uicinæ triteinis. Nam arcium altera, q̄ longa utbs est distabat, altera mari adibatur. Ibi capto consilio, & iā magis ac magis in urbe tumultuari audiebant, succincte & repressa lamentatione, cursum capessunt, & cāpum quanta nunq̄ celeritate, & prope uno spiritu transmittunt, perq; portam egressæ, inter quas uelocissimā aiunt fuisse reginam, ut quæ maxime timebat, aquas ingrediūtur, subductis supra genua uestibus, nec reformidātes, aut uadi altitudinē, aut humoris algorem, cū tempus anni adhuc hybernū esset, sed ut quæq; prima ueniebat, setura mari & frigoris itrabat. Etenim fuga ipsa tam effusa, maiorem illis imaginationē hostis, uelut in tergis earum hærentis, impresserat. Dignum profecto risu spectaculum, si cui ridere in tali casu uacaret, & alienum periculum turpitudinemq; spectare uoluptati foret. Mulieres crinibus pene passis, nocturna tantū ueste induitæ, aut altera quoq; circūuolutæ, magis q̄ amictæ, & inter eas regina ut dignitate, sic celeritate præcipua, quasi pro corona currentes in stadio, diuaricataq; ad sembra irrupere in mare, pene glaciatum. Sed huius timoris/turpitudinis/risus/frigoris, & cuius audius erat captiuitatis, Bernardus postea penas uicemq; persoluit. Ibant per mare non aūsæ uocare nauarcū, ne ab hoste exaudirentur; pauci famuli, quibus regina non nullæq; aliæ innitebantur, vocatum nauarcum orabant ut periclitantibus adesset. Statimq; ille a uigilibus, qui rem ui-

LIBER SECUNDVS.

debāt, admonitus, obvoluta ueste, e cubiculo stupefactus exi-
lit, iussisq; remigibus admouere triremim, & deiecta scapha
reginam, cæterasq; , tanq; e naufragio attonitas, exanguesq;
excepit. Cum hec triremim, Bernardus in domum ingredit,
cōpertaque ad nauem fuga reginæ, execratus diem, en, inquit,
tertio manus meas effugit. atq; ita indignabundus ad cubi-
culum reginæ perrexit, intravitq;. Vbi cernens cubile turba-
tum, quale solet ad subitum timore relinqui, perdicem, ait,
perdidi, sed nūdum teneo. protinusq; depositis uestibus, ut
adhuc erat tepidum subit, ac per totū se uolutans, & subinde
spiritū per nāres trahēs, significabat more uenatici canis, ad
Iustrū ferè, ipso se odore delectari. Tāta ei fuit iter maximarē
reg; conatus cura amoris, tāta etiam intēperātia, ut qđ inpri-
mis dissimulatū oportuit, & qđ antea pernegerat, id nunc
detegret atq; fateret. Sed opinor posteaq; prop̄ iam depre-
sus esset, fauorable sibi apud eā ducebat, si amator uideref.
Illa sequentib; diebus ad Soloentū deuecta est, oppidū in
dextro littore Panormi posnū, decem mīllibus passuū remo-
tū. Legati interim, quia triremis tardius opinione ueniebat,
terrestri itinere Panormum ueniunti quos Bernardus quotti
die inani spē pascens, reginam nūc blandiciis, nūc terrori-
bus adoriebatur, adeo ut arce Panormitana, quę pallatiū di-
cit, castris circūdata, Soloentū se conferret, ostētās se reginę,
uti strēnuū in equitādo, & amari dignū cū tñ, ut cōstat, ro-
bustius equitaret q̄ decētius. Iam nemini pro ambiguo erat,
eum & reginā coniugem, & regnū petere, legati quoq; caue-
ret qđ ageret, monebant. Sed ille cōtumaces, rebellef; coher-
cere, e dignitate sui magistratus esse respondebat, esse ex suis
hostibus, qui cū principib; Italię fœdus inierint. Ita qđ suū
crimē erat, quo magis abesse ab eo uideref, ut sunt peruersorę
hoium artes, alteri prior obiectabat. Veꝝ tūc animus regni
affectator apparuit, ubi declarato rege Ferdinando, ab incœ-
pto nōn destitit. Tandem Antoniūs Moncada cū suis, tū ue-

HISTORIARVM

ro copiis Sancii, sed ut dicebat, auspicis regine, tanquam summi
in Insula magistratus, obuiam uenit, ac per nuncios agit, ut
a panormitanæ arcis obsidione discedat, quas urbes, quæque
oppida recepit, restituat, eam superiorem agnoscat. Ille se res-
ponsurum, per se ipsum renunciare iubet, legatosque subsecu-
tus, cum maiore copiare parte occurrit, cùque aliquandiu in-
structa acie uterque stetisset, neutri incipere certame, cum am-
bo in loco tuto essent, uisum est. Paucis diebus, siue proditio-
ne Vasconis cuiusdam, ut sui dictitant, siue calliditate hostis
dum partem ualli, qui extra muros est circuit, ac stationes
recognoscit, improviso hostium aduentu circumuentus est,
& cum aliquatis per gladio se in orbem tutatus esset, captus.
Itaque qui capere reginam conabatur, qui coiugio, qui amori,
qui regno acquirendo operam dabat, iam tantum de amit-
tendis bonis, de seruitute sua, de morte cogitabat. Traditus
enim in manus Sancii, ductusque in castellum, cui nomen
Mota, atque ibi ab inimico in cisternam uacuam demissus est.
Nec ita multo post ad immensam pluuiam laxatis caducis,
tanquam fortuito id accidisset, cum ex imperio factum esset,
riui in cisternam defluebat, eamque replebant. Bernardo idé-
tidem uociferante, auxiliumque implorante, nemo ei dome-
sticorum respondebat, tanquam obstrepente eorum auribus plu-
via, ne audirent, & ad alium quendam locum, quo imber
penetraret occupati essent, donec innatante iam lectulo, non
procul a uitæ periculo erat. Tunc quidam ueluti tunc primū
audisset, ab ore cisternæ respódet, ac festinabundus domino
nunciat, qui miseranti similis, propere succurri imperauit.
Educitur e profundo lacu, obscuraque testudine Bernardus,
modo Siciliæ regulus, ueste/capillo/toto corpore madenti, &
hoc ut uix credibile uideat ex pluuiâ. Atque hic fuit horrendi
carceris exitus, sed in locu transitus oī carcere graviorē, & si nō
grauius esse uidebat, ita res ei abomināda contigit. Aliquot
adulatus diebus homini a quo custodiebat, ubi sibi factū esse

LIBER. SECUNDVS.

familiarē benevolentia existimat, temptat precio corrūpere,
daturum se, si libetetur opera illius (ut solēt qui uita periclitantur) montes aureos, in præsentia anteq; illinc p̄cates efferrat, mille aureos. Custos respondet, se ea nocte deliberare uel le, idq; spatiū dari impetrat. Rem cōfestim ad Sancium defert, iubetur ut mane petenti annuat, pecuniamq; in manū tradi sibi curet, cæteraq; quæ agenda sint docetur. Mane delibera tum sibi esse ut adiuuaret calamitosum, iurat se (ut Bernardus excogitarat) e fenestra turris eū per funes demissurū. Eo die pecunia per amicos clanculū afferit, pernumeraturq;. Proxima nocte, de tertia uigilia summissio fune caligis complicatis, nulla amictus tunica demittit, custode, ut ualidius conturbaret miseri consilium, urgente ad descendendū, tanq; anxius esset ne in fuga depræhenderetur. Ille noctis pariter & timoris tenebris confusus, dum celerius q; manus ferunt lubrico fune delabitur, adaptatis ad id retibus induitur, & ritu feræ cassibus captæ, hæsit ita ut nec sese deiicere, & si preceps casus erat, posset, nec receptus in fenestrā ullus daretur. Si ferrum ad manum fuisset, mortem fortassis sibi ipsi consisset, sed mors id loci pudenda quoq; erat, atq; inimico iocunda, & auditas iniuriæ aliquando ulciscendæ, contumacē uitam ad perpetiæ dedecora faciebat. Nocturnum frigus, & postea solem adurentem corpus non sensit, cum animum magis dolor ureret. Non tam e tenebris cisternæ produci in lucem optauerat, q; nunc e luce reduci in tenebras. Ita totum diem retibus iuolutus, ac plane irretitus, tanq; Mars in adulterio Veneris, ridiculum simul, ac miserandum plurimis spectaculū fuit. Cuius turpitudini hic quoq; cumulus accessit, ut cum ad transitum notorum atq; honestoq; uitorum facie uellet auertere, prohiberetur, ne illis posteriora ostenderet. nec q; cibo ac potu caruerit eo die doluit, sed q; ea, quæ nisi remotis arbitris decore non fiunt, præsentibus arbitris facere non licuit. Receptus uesperi eodem unde fugerat, si fugisse

HISTORIARVM

est e carcere in laqueum incidere, aliis quoq; ludibriis nō ca-
ruit • donec rege Ferdinando poscente per legatum suum uin-
ctus productus est, ac legato traditus , a quo solutus ad regē
protinus in Cataloniā Barcellonamq; se contulit, & in pri-
stino apud illum honore habitus est • Hunc exitum habuit
conatus occupandę Sicilię Bernardi Caprerae cui si res pros-
pere cessisset , haud minus inter Hispanos Italicosq; bellum
excitasset, q; olim pro eadē insula inter Pœnos atq; Rcmanos
aut Athenienses Lacedemoniosq; exarsit • Recepta itaq; in-
sula rex Ferdinādus Sicilię quoq; regem se nominari uoluit.
quod antea noluisse , haud in postrema equidem magnani-
mitatis parte posuerim • Nam quas res nec possidemus , nec
possidere contendimus, eas non belle , nec generose titulote-
nus uendicauimus • Quas ubi adipisci cōtingit, tunc erectus
atq; sublimis animus, facti sui , & apud se & apud alios per-
cipit uberrimum fructum •

LIBER TERTIVS.

LAVRENTII VALLENSIS PATRITII
ROMANI HISTORIARVM FERDI-
NANDI REGIS ARAGONIAE
LIBER TERTIVS.

INTER COMPETITORES CA-
prera & si non fuit numeratus, tamen nume-
rari potest in uno dūtaxat regno. Non enim
minus est petere regnum bello, q̄ iudicio. In
quo fortunam Ferdinando, sicut in ceteris, fuisse propitiam
cognoscimus, q̄ Caprera uictus non uictor fuit. Haud tamē
ex competitoribus aut primus aut postremus fuit, quem Fer-
dinandus ad genua sua procumbentem uidcrit, sed secūdus.
Si quidem primas partes ut uir integer ac paci consulens, cū
summa omnium laudatione præsumperat dux Gaudiæ. Nā
quod Comes exemplum ducis non imitaretur, amici excusa-
bant morbum, in quem incidisse credibile erat, tum propter
mœtorem frustratæ spei, tum q̄ se, quasi lucem inuisam ha-
beret, assidue intra cubiculum tenebat, ubi per speciem mœ-
toris ac morbi consilia coquebat. Quod Catalani suspicentes
ueriti nequid ille rerum nouæ moliretur, consulendum &
publicæ quieti & priuatæ hominis dignitati ac saluti putaue-
runt. Cuius uicem alioqui dolebant, q̄ infinitos sumptus fe-
cisset, nec pro dignitate in posterum posset uiuere, nisi ad dis-
soluedum æs alienum, & ad repignerāda oppida adiuuaret.
Hanc æquam atq; humanā causam existimantes, ex cōmuni
catalanoꝝ uoluntate primores barcellonensiū regem adeūt,
orantq; ut olim competitoris sui conditionis misereatur, non
eum contra regem, sed pro se omni conatu pugnasse, esse re-
gizæ munificentæ nobilissimum uirum, quem non culpa sed
casus, aut potius uirtus afflixerit, & pecunia subleuare,
& honore augere, & alia in hanc sententiam. In quibus
faciliores aures regis, q̄ Comitis, ut contumax in agnoscen-

HISTORIARVM

do rege non esset , habuerunt . Miserant enim ad eum quoq^z legatos . Tandem graibus amicor^e consiliis obtemperans , dimisit ad regem treis legatos , Raimundum Perilios/Franciscum e Villa noua / & Dalmaum Cicererā , qui pro absente iusiurandū offerrent , de fide regi præstāda . Quibus uicissim rex spopōdit , se habiturū in eo honore Comitem , ut medius inter regios filios sederet , primigenio ac secundo præcedenti bus , magistro sancti Iacobi , & magistro Calatruæ , Petroc^z eum sequentibus . Indulta quā in primis poposcerat licentia , ut si nunq^z in conspectum regis ueniret , fraudi non esset . Ad hæc luiturum æs alienū , quod ille cōtraxerat , & oppida quæ oppignauerat , adiecturumq^z in compensationem sumptuū quos fecisset , sexaginta millia aureorum , necnon alia & ornamenti & adiumenta . Parum constat , an integra fide Comes Ferdinandū regem agnouerit , promissaq^z admouerit , an tēpus extrahi uoluerit , dum rei agendæ adesset occasio . Nam neq^z ullus honos satis se dignus uidebatur , qui regnū animo conceperat , & hæc pecunia nihil esse ad illam , quam erogauerat , quæ tanta fuit , ut eam nemo unq^z putasset tam cito faciendis sumptibus fuisse perituram . Habuerat ille a patre relicta scrinia aureis/argenteisq^z pro regionum diuersitate numismatis referta & quod fando uix cognitum est , malleo cu-neata , idq^z nō auaritiæ modo , sed lusus ac cōtumeliaz gratia . Hospites enim qui permulti ad eum familiariter diuertebāt , sciscitabatur cuius nam generis pecunia indigerent . Respondentes eius generis , ut in quam quisq^z prouintiam iter haberet , adducebat ad scrinia , & quātum uellent , capere iubebat . frustra conat^esq^z capere deridebat , & hos sibi de amicis iocos comparabat , nouo genere dissimuladæ auaritiæ , iactādarūq^z opū , quod haud ab re diuinitus esset castigandū . Successitq^z filius , qui breui exinanitis scriniis obēratus uiueret , & ex iis nihil sibi nisi curas mœroresq^z contraxerit , & ad extremam quoq^z perniciem . Verum dum ita trāfactum esset inter regē & Comitem

LIBER TERTIVS.

& Comitem, iamqe concilium fieri cœptum, Fœdericus puer,
qui & ipse fuerat competitor, idemqe comes Lunæ, urbē in-
gressus est, eo apparatu, ut uix elegantiori Martinum patrē,
aut Martinum auum, fuerit aditus. Trcentos enim equi-
tes ad numerū arcium, quibus singulos præfecerat, ducebat,
& quod itiudiosius est, uexillum permixtis Aragonie ac Sici-
liæ signis, & ad regii uexilli magnitudinem, sericis quoqe sim-
briis valentino artificio adornantibus. Hunc in modum per
medium urbem splendido uelatus sagulo, lente ac triūpha-
ris ritu equis euntibus ferebatur, quacunqe trāsibat maribus
ei fœminisqe bona precantibus, nonnullis illachrymantibus
ultrqe miserantibus desyderio parentum regum, nonnullis
etiam dicentibus, hic erat, hic esse debebat, hic utinam foret
rex. Ille apparatus pompæ apud mentes eorū, atqe illa ætas
puerilis fauorem conciliabat. Res leuis atqe inanis, perinde
atqe illa facerēt ad promerēdam regiam dignitatem. Sed uul-
gus ut ex imperitis atqe inconsultis plerisqe constat, sic impe-
rite plerūqe iudicat & incōsulte, ut desinamus mirari, siquid
quod diuinitus accidat mirandum est, quia sæpe nos deus ple-
tit trascentes quid petamus. Præsentibus nunqe contenti su-
mus, absentia ducimus potiora, eisdem ubi potiti sumus, di-
uersa desyderamus. Hunc si auus instituisset heredem, cau-
sarebant se pro rege puërum sortitos, ut tutoz plurium non
principis unius arbitrio seruendum sit, et utqe res scissis le-
gibus illegitimum, matre Sicula, nec ea regis concubina, sed
uulgatissimo scorto, ne incredibile sit esse suppositum, nec in-
telligebant se conflare his uocibus inuidiam pueri sua alioqui
sponte sibi inuidiam cōflanti, eo fastu apud regem, cui ut in-
tecenti regno, necesse erat omnia esse suspecta. Verū nō puerū
(quid enim delinquere puer potest) seuerus censor castiger,
sed magistros atqe authores, qui dum populis ostentare regii
pueri excellentiā volunt, principi prodiderūt, cui nihil æque
inquisitum est, ac munus suum honoremqe ab altero ulla ra-

HISTORIARVM.

tione usurpari. Neq; id ad leniendam insolentiam satis fuit,
q; filius regis defuncti fuisset, q; præsentis propinquus esset,
q; summo quoq; pontifici affinis & carus. Nemo enim sic
alieno honore gaudet, ut illo iacturam sui facere uelit. Ideoq;
melius cū puerō actum esset, si cætera sic summisse gessisset,
ut ipsam regis adorationem. Nam ubi ad ianuam regiæ per-
venit, ex equo delapsus, ante ipsam ianuam genu posuit, itegre
ad aulæ hostium, tertio ad fores conclavis, in quo rex eū ex-
cepturus sedebat, postremo ad pedes regis. Cui rex assurgēs
dexteram porrexit, eumq; amplexatum exosculatūq; ori suo
admouit, osculumq; mutuū dedit. Deinde percunctat, quid
ita sero uenisset. Ille, q; in apparando comitatu tempus tri-
uisset, respondet. Nec multis uerbis ultro citroq; habitis, iu-
bet ut apud primigenium coenaturus maneat. Ille inuitatū
a propinquis fœminis in domum cui se esse, ac promisso,
ait. cum idem postridie excusasset, tertio die apud primige-
nium laute acceptus est. Cūq; secundum prandium omnes
pueri regi præsto fuissent, rex sermonem intulit de sumptu
domestico, quæsiuitq; a puerō, quid ita magnos sumptus fa-
ceret in tanto comitatu alendo. Ille ut puer responderet, nullū
ob id se facere sumptum, sed eos pro se unum quēq;, cum sit
singularum artium magistratus, tot enim, inquit, habeo op-
pida castellaq;. Admiratus rex tum tantam pueri potētiam,
tum suas, ut regis, tenues opes. Tu uero, inquit, feliciter ho-
neste, atq; ipso rege regalius, cæteriq; tui ordinis, quibus
sua iura constant, quoq; nemo non ex suis oppidis plus mul-
to percipit q; rex proportione ex suis, ut haud dubie uectiga-
lia nostra ad nihilum redacta sint, idq; tum negligētia regū,
tum fraude ac perfidia subditorum. Olim comes Barcellonæ
percipiebat ex Catalonia librarum quadringena millia, nūc
piget ac pudet, quantum percipimus, dicere, pene precario
regnamus. Nec mihi in dubio est nostrā authoritatē, apud
alios reges nō satis amplam haberi, & quodāmodo contēni.

LIBER TERTIVS.

Cum auxilia bellogꝫ aliarūqꝫ regꝫ magnarꝫ a populis nostris corrogare habeamus, deqꝫ eorꝫ arbitrio pendeamus. Certe cū paternum regnum , & hoc inuicem considero , illic regnum uidetur, hic procuratio esse. & postea aiūt præter cæteras ḡtes, Catalani se fideles esse in regem . Evidem nolim quicqꝫ detractum de laude meoꝫ populoꝫ, sed utinam uerius q̄ glo- riosius dicerent. Nam si recte æstimemus, sibi fideliores esse, q̄ regi reperientur. non dico quia non est causa cur rebellent, ut sit apud illos , qui onera ab regibus imposita ferre neque-unt, ueluti decē Tribus Israel , quæ a Salomone descivierūt, & alii multi, & hodie in Italia præcipue, sed quia regem suū patrimonio exuunt, quod nulli alii populi faciunt, ut in hoc sint, pace Catalanoꝫ dictum sit , fideliores appellandi . Atqꝫ si qui rebellant, ideo rebellant , ut ius suū retineant . Hi uero siccirco a rebellando abstinent, ut ius regium præripiant . At enim aiunt se ab regibus illa coemisse ratoeo quantum fraude interceptū est. Quis ignorat nunq̄ reges ea uendituros fuisse, n̄a pecunia ad necessitates indiguiscent, nec aliter a populis auxilia impetrare potuissent. En fides in principē admirāda, non habēt aurum , quo illius necessitates subleuant, habent quo dignitatem exhaustant. Et ego de bonitate atqꝫ humani tate populoꝫ loquor, qui non uetiti sed sponte autoritatem regiā nec iminuerent, nec paterentur iminui. Nunc etiā ue- tantur lege, in quā iurauerūt, qua sanctum est , nequid regi liceat de patrimonio alienare . & si quis ab eo quippiam uel emerit, nel pignori acceperit, eū cōtinuo proditionis ctimen incurtere, uocariqꝫ apud Aragonēses traditorem, apud Cata- lanos baram . Verum nisi prope situm animi mei præripiat mors , regni decus profligatum pessundatumqꝫ instaurabo atqꝫ restituam , nec desinam dum cſtendam , absit inuidia dicto , non minorem regio nomini per me , q̄ mihi per regiū nomen obuenisse dignitatem . Quid enim attinet externa comparare , si interna non reparas, & alios redigere in serui-

HISTORIARVM

tutem , si domum tuam non afferas in libertatem . Ego pro ampliando filii fratris regno bella gessi , pro afferendo meo ipsius segnior ero ? Sed nondum relcindendi ulceris tempus est , ut nuper Cæsaraugustæ cognoscere licuit , cū in uectigali aduectitii uini tā acres , ut aiunt , publicæ libertatis exhibuerre se defensores . Experiar apertius ubi eorum tam celebrata in regem fides , ubi bonitas , ubi iustitia ? Est quidem optandum , ut quod postulamus , non grauentur sin minus , & asperis & mollibus medicamentis uteatur . Cæterumq; est mihi , si ius meum neq; extorquere , neq; impetrare potero , paterni regni pecunia redimere , ut nō imbecillior sim ego regni pugnator , q; cæteri oppugnatores . Hæc inter domesticos atq; intimos locutus , ubi in alios sermones diuertisset , iubet Fædericum , ut uexillum illud quod tulerat , afferri mandet . Nā cupere alterum simile fieri sibi , q; exquisito quodam modo elaboratum esset . Ille protinus lâete atq; hilariter afferri imperat , nihil uitii subesse suspicans . Allarum rex contemplans , laudare artificium , laudare materiam , dicere non aliud sibi uelle . Deniq; accessito uexillario , qui simile conficeret , imperat a puero facilis ac uolente accômodari ad exemplar imitandum . Opifex ut erat iussus , eo exemplo uexillum fecit , sed transuersa fascia coloris ueneti , quæ indicaret , consueto apud magnas familias more , illegitimos natales . Rex id ad se postea perlatum , tradi Fæderico præcepit , & quidem cum ellogio , q; illud Ferdinando , hoc Fæderico dignum esset . Sed edocitus puer a suis , fasciam illam ignominia esse argumentum , nunq; postea nisi album gessit , & breve uexillum haud clam testatus , ægro se ferre animo , regis castigationem , & contumaciam aduersus summum imperium , uel præsumens uel detegens , quasi uero tolerandum id regi fuerit , quempiam sibi regios honores uendicare , & eum præsettum , qui uideri poterat , hoc facto testari , ad se regni spectare successionem . Cœca omnino res est ambitio , & præposterioris uitetur plerunc;

LIBER TERTIVS.

consiliis. Nostram dignitatem anxie tuemur, retinereq; ad unguem, ut dicitur, uolumus. Alios, ne dicam, tanto superiores suam retinere non patimur, atq; deditnamur. Ego Ferdinandum sic ubi nunq; in hoc certe loco regem egisse confirmo, magistris pueri, qui peruerse docerent, magis q; pueri reprehensis. Qui si sapissent non ulteriori contumacia iram regis irritasset, nec animum tenerum atq; obnoxium uanis opinionibus imbuissent. Ergo qui ex nimio fastu populi studia plaususq; captauerat, ab ipso censore plausibus studiisq; spoliatus est, nemoq; non præcipue prudentum ac bonorum censuram probauit, atq; laudauit. Paucis diebus dum hæc gesta sunt, alia censura rex usus est aduersus Comitem Vrgellensem, quam nonnulli asperiorem aliquanto fuisse uolunt. Sed ut ita sit, profecto tantula res non impulisset animum ad rebellionem, nisi ægrotum atq; corruptum. Habebat hic odio capitali Ioannem Raymundum comitem Cardonæ, occulte quidem, q; cum iure iurando se deuouisset, neminem alium se habiturum pro rege q; Comitem Vrgellensem, tamen iuriandum rescidisset. Propalam autem cum alia multa, tum q; castella nonnulla occupasset, quæ Comitis Vrgellensis essent. Ea de re fecialem, quem araldum uocant, Barcelonam mittit, indutum ueste, pictas conscriptasq; habente prodiciones inimici, qui uniuersam urbem perequitas passim, ut quosq; honestissimos haberet obuios percunctaretur, nunquid Ioannem Raymundum Cardonæ comitem nossent. Respondentibusq; se nosse, oraret primum inspicserent, perlegerentq; quæ ipse ferret, deinde renunciarent homini, se uocari uerbis Iacobi Comitis Vrgelli ad singulare certamen. Rege cum cæteris principibus certamini præcessu ris, & alia huiusmodi ludibria. Quæ cum facialis exequetur, tremere multi, alii gaudere, alii dolere, prout quisq; animo affectus erat, tota deniq; ciuitas mota rei nouitate, omnis sexus ætatis conditionis, nihil aliud loqui ac querere, & regis

HISTORIARVM

expectare iudicium. Ille ubi rem resciuit, iubet araldum com
prehendi, denudariq; , & quacunq; transisset pictus inscrip-
tusq; , eadem urbis parte uirgis cedi, ipsum corpus proueste
pingentibus atq; scribentibus , talemq; remitti ad herum ,
siue rei indignitate motus, q; se praesente tantum licentia te-
meritati daretur, pessimo in posterum exemplo, siue q; iniu-
riam Comitis Cardonæ mallet ultam poena leuissimi homi-
nis, q; bellum inter duos proceres excitari, siue nollet, si forte
ad certamen uenirent, præsidere, cum eo q; hunc proditionis
idest iusurandi non seruati arguere uideri poterat adhuc re-
sidete regios spiritus in pectore arguentis. Id ego & si rei mili-
taris periti quidam negent fuisse fas regi facere, quia iure ge-
tium sancti sunt faciales , tamen iure riteq; fecisse existimo .
Non fezialium numero hi homines habendi sunt, qui pudor
re neglecto & alieno & suo, non certamen indicunt, sed igno-
minia afficiunt , propter quam iure certamina committun-
tur . Verecunda debet actio esse iure prouocantis, uel ob hoc
ne iniuria prouocare uideatur . Hanc contumeliam sui nun-
tii plusq; ægro animo tulisse dicitur Iacobus , non æstimans
quanto ægrius ferenda fuit ea , quam ipse faciebat . Sed in
affecto corpore atq; languido, exigua offensa magno momen-
to est ad latiferum languorem . Quanq; haud scio, an hunc
coloré apud homines quaesierit ad rebellandum . Enim uero
faciebat ei animos Henricus regis Angliae filius , uir iam tū
bello singularis , qui nuper in Galliam intestino bello labo-
rantem transferat , auxilio futurus partibus Comitis Aure-
lianæ . Itaq; seu iam antea cum illo composuerat , seu nunc
primum composuit , Ilerdam duodecim millibus passuum
a Ballagerio distantem , improviso aduentu constituit no-
ctu occupare , corruptis e plebe quibusdam , qui portam
adulterinis clauibus aperirent . Fert autem ea porta ad Bal-
lagerium, ab eoq; , ut mos in plerisq; urbibus est , nomen ac-
cepit . Dabat etiam proditioni oportunitatem, q; ea pars ur-

LIBER TERTIVS.

bis ædificiis sane infrequens est. Neq; uero magna in potie-
da re dimicatio proponebat, cum plurimas ciételas, multos
ex nobilitate beneficiarios, nō paucos e plebe obæratos habe-
ret. Itaq; constituta nocte cum duobus millibus peditū ex di-
midio leuiter armatorę aduenit, certos ortos ut sunt ubi fere
parietibus orti circundati adulterinis quoq; clauibus apertos
intrat, illinc missis, qui proditores in muris stātes, aduentus
sui certiores faciāt. Porta reseratur, ac longo ordine succedit,
& iam quadringentorę numerū, qui ingressi fuerunt, expli-
uerant. Cū interim res incredibilis, mirādæcq; nouitatis con-
tigit, & quæ numen aduersum intercessisse testetur. Qualia
quoties olim contingebant, deū ipsum e cælo delapsum esse
poetæ fingebat. Tubicen quidam, qui haud procul ab ea por-
ta habitabat, loco parū celebri, quo licentius caneret, forte
ea ipsa hora surrexerat eius rei gratia, qua solent, qui sæpius
bibunt, quod genus est in primis tubicinū. Vtq; sunt leues
atq; improbi, per noctem inflare tubam cœpit, ita ut erat nu-
dus. Nam messis iam instabat, & socium qui in arce excus-
babat prouocare. Ille nihil moratus, ne probior sodale fo-
ret, prouocanti respondet. Dumq; ad huius cantū prouocator
subinde requiescit, sentit e vicino tumultuari, & discursare
armatos. Enim uero extimuerant, qui erant introgessi, ne res
depræhensa esset, & inconsulte atq; cum strepitu ad portam
se recipiebant, uolentes ptopius a suis q; ab oppidanis abesse.
Nox & sceleris conscientia, & timor si agnoscerentur, &
fortuna ut uidebatur aduersa, debilitabat animos. Re no-
ua perturbatus tubicen, in locum unde commodius prospic-
ci poterat porta, conuolat, cernitq; armatos, non tantum
audit, & luna pernox erat. Anima duertens itaq; urbem suā
nisi iam iam succurat, ab hoste captū iri, ac fortasse direptū,
nō ad ensem/lanceā/clypeumq;, sed ad utiliora, ut in illo casu
arma, tubā recurrat, atq; eum sonū quo populus exercitusue
ad arma conclamat, inflauit, eo quidem audacius q; sciret

HISTORIARVM

socium, eumq; ex magis celebri loco ciuitatem excitaturum, prout factum est. Ad horum amborum terribilem sonitum ciues conclamant, punctoq; temporis in vias procurrunt. Dalmaus quoq; Murius citato agmine scholasticorum, cum multis luminibus de uertice urbis in forum uenit, ciuibuscq; se iungit, & facto cuncti globo ad portam feruntur, sonum clangentis sine intermissione tubæ sequentes. Nemo fere Ilerdensium est, ac pene in omni Catalonia, quin propter intestinas etiam priuatorum discordias, arma domi habeat. saltem gladium/lanceam/pugionem/clypeum, nec domi modo, sed ad latus fere, atq; in manu. Siquidem in consilia de cōmuni re consulturi, & in templo oraturi, arma portare uitio nō datur. Horum impetum non ausi sustinere, qui introierant, repelluntur, cum interim Comes audito tumultu, rapto cætero agmine aduolat, & quia dolus improspere cesserat, ui conat irrumperet, cūq; aliquandiu tentasset, frustra fuit. Tandem oratione blanda amicam ciuitatem appellans, ac merita cōmemorans, & plura pollicēs, responsum accepit, senihil nisi ut ab Ilerdensibus capi possit, loquendo manendoue profice re. Sic ille uetus abiit, atq; præ impoteti ira messes Ilerdensium ferro igniq; corrupit, ex quo acerbissimū in se ciuitatis illius odium cōcitauit, crediq; meruit idem in urbe si potitus esset suis facturus. De pditoribus aut̄ conuictis confessisq; suppliciū sumptū ē. Proditione infeliciter tētata Comes eo frēquentiores nūcios missitare ad principes cōfederatos, ut q; primū auxilia mittant, occupādū esse, atēq; rex cōparet exercitum, & iam hæc res animos oīum nō mō Catalanoꝝ, uerū etiā finitimoꝝ erexerat. Erant enim & ipsi finitimi sua spōte cupidi rerum nouarꝝ, & ingentibus promissis a Comite pellecti. Et confitendum certe est, plurimum in hac re egisse fortunam, quæ & Comitis imprudentiā, & regis uirtutē reddebet insigniorē. Per idē, n. tēpus defuncto Angliaꝝ rege, filius ad capessendū regnum, in patriam nauigauit, relictis qui-

LIBER TERTIVS.

busdam præfectis, qui magis promitterent magnum q̄ me-
diocre in præsentia auxilium ferrent. Ea de re finitimorum
principum ardor atq; audacia refixit, præfertim cum tan-
tam e diuerso diligentiam regis, tantum consilium, tantas
uires animaduerterent. Iam primum rex comperta defectio-
ne Comitis, bellum cæteris rebus præuertendum sibi existi-
mavit, sed non ita ut concilium tanta cura coactum dissol-
ueret, aut suspensum teneret. Verum cum & belli admini-
stratio, & pacis consultatio præsentiam suam desiderarent,
maluit bellum sibi desumere, ubi non cum suis, sed cum ho-
ste res esset, consultationi, ubi minus periculi uersabatur, vi-
carium præficere Alfonsum filium. huic adolescentulo ad
tantam rem magis deerat authoritas dignitatis, q̄ animi pri-
udentia. Ideoq; Ioanne Ferrandis, & Guillelmo Moncada ad
concilium referentibus, uniuersi Alfonsum, quibus soléni-
bus petierat, pro primogenio acceperunt, id quod nunq; Ca-
talani alteri regis filio dumtaxat uniuersi & publico consilio
præstiterant. Rex interea dum maiores copias parat, Fran-
cicum Herillum cum mediocri manu, ad coercendos Co-
mitis conatus, prætice iubet, simulq; ad extrema regni, qua
transituros hostes suspicabatur, expeditos milites dimittit,
finitimos principes monet ac territat, ne quibus peregrinis
copiis in regnum suum præbeant transitum. Tanta autem
fuit diligentia in mittendis nunciis, quo cuncta explorata,
prouisa, cauta forent, ut eodem die responsa acciperet ab his,
qui longius sexaginta millibus passuum abessent, non igna-
rus antiquius esse atq; præstatius arcere bella, q̄ gerere. Postq;
de transitu hostium intercludendo, retinendisq; in officio fi-
nitimis, curam egit, post medium æstatem, iam cæteris op-
pidis, quæ Comitis erant, uel in fidem acceptis, uel in dedi-
tionem redactis, Ballagerium, ubi se hostis tenebat, castra
mouit, oppidū situ & opere & arce tutissimum, præter oppi-
danos defensum mille & quingētis peditibus, trecētisq; equiti-

HISTORIARVM

bus. Qui quotidianie, nunc hac, nunc illa porta egressi, cū ob-
sidentibus, uel castrametatis, uel castrametatis, certamina
conserebant. Erant regis copiae ex castellanis catalanisq; pro-
miscue, ad octo millia peditum, quattuor equitū. Sed acrius
certamen erat machinarum, frācip̄eq; bombardarum, que
utrinq; prorumpabant. Plurim tamen e castris ac maiorū,
quarum nonnullæ erant & uastitate & violentia mirabiles.
Atq; quo crepitus horribilior, & iectus perniciosior foret, cm-
nes eodem non momento, sed pene puncto temporis, laxa-
bantur, ad quarum impulsu puluereus ex discussis parieti-
bus sumus diu in arce uisebatur. Sunt qui uxorem Comitis,
per nuncium orasse regem affirment, pregnanti parceret. nā
scutum ex matris pauore ad sonum percussorum parietum atq;
tectorum in utero subuerti, cum amborum uitæ periculo.
regemq; respondisse, eligeret quam uellet arcis partem, in ea
tuto mansuram, prohibitis illuc tendere iectus, qui machinas
temperarent, sed ea lege, ne cum viro communiter utere-
tur. nec illā uoluisse accipere huiusmodi conditionem, velut
impiam ac turpē, sibi omni periculo acerbiorē. Nec enim
in periculis modo, sed in morte quoq; viri nolle ab eo separa-
ri, nec quicq; sibi iocundum, nisi cū illo cōmune, cuius incor-
lumitatem cuperet sua calamitate depacisci. Sunt qui dicant
eos, qui in mūris erāt quotidianie probra iecisse in Ferdinādū,
nec eum, sed Iacobum regem appellasse. Sunt qui uelint per
quosdam induciag; dies, in regem transeuntem e mūris mul-
ta missilia coniecta, duobusq; confossum telis, cui insidebat
equum concidisse, rege supra collapso, illosq; quasi victores
exclamasse, extinctum Ferdinandum, regemq; Iacobum re-
gnaturum, nec ullis præterea uerborū abstinuisse cōrumeliis.
Oo qđ tātū periculū, tantāq; iniuriā, simulq; ob uiolatā fidē,
iurasse regē, Iacobum nō impune esse latuq;, statimq; cūctas
intendi machinas iussisse, ut ne nocturnē quidem quieti par-
ceretur. Licet purgāte Comite, per uxore, quippe hāc ad re-

Mulieris fides.

LIBER TERTIVS.

gem commicare & tractare inter utrosq; cœperat. Nam postq;
Comes ex multis, qui ab Anglicis præfectis mittebantur in-
ternunciis, unū aut alterum ægre peruenisse ad se cognouit,
eosq; fortius q; tuq; hortantes, non putauit extremum sibi
tempus, & si pene extremum erat, expectādum, ne nullus re-
linqueretur apud hostē ueniæ locus. Cum præsertim in dies
singulos, per causam dimicandi, sui milites ad regem transi-
rent, tum eodem metu cōmoti, quo Comes ipse, tum quia sti-
pendia, quod primum apud militum animos est, sponsioni-
bus ac precibus magis q; rebus soluerentur. Multum etiam
spei in uxore, q; materteræ regis esset, ponebat, multū in pro-
ceribus, & inter primos in duce Gādiæ, qui in castris aderat,
apud regem summæ & authoritatis & gratiæ, qui pro amico
& propinquo, & nobilissimo viro officiose laborabat, ac mu-
tua mandata perferebat. Sed rex intelligebat illum frustratū
omni spe, ad ditionē descendere, & aliquantum in alienis
precibus, nihil in sua causa confidere, q; urbem nocturnis in
sidiis occupare uoluisset, q; finitos principes ad arma solli-
citasset, q; externos reges, quātum in ipso esset, in Cataloniā
adduxisset, q; deniq; se regem facere, electo Ferdinando, con-
stituisse, præterea quæ ex Ballagerio, uel factis uel dictis in-
iuriouse fecisset. Nec imerito iram regis summopere uerebat,
maiorēq; esse culpā, q; quæ facilem ueniam, aut leuem pœnā
mereretur. Impetratum tñ est, ut nihil in vita, mēbrorūq; ia-
cturæ pataretur, cætera & ipsum conspectum, & ipsam diem
impetraturum amici asseuerabant. Sunt qui addant, regem
promisisse materteræ, proceribusq; orantibus, nec diutinam
captiuitatem fore, nec extra regnum, id magis uulgatum
est, q; constat, & ab rege magis non denegatum poscenti-
bus, q; promillum. Progreditur igitur Iacobus e natali op-
pido, suaq; domo, sed iam non sua, qui suus iam ipsius nō
esset, equo sedens, mēsto magis q; demisso uultu, coma ac
barba flava, gladio, qualis heroum mos fuit, pendenti ex

HISTORIARVM

humero, oculis omnium in eum intentis, ac fortunam miserantibus. Cui iam portam egrediēti obuiam sit miles quidā, nondum obducta ingentis cicatrice uulneris, quod pro illo pugnans in capite acceperat. & ut erat ipso corporis habitu miserabilis, open orat, ne militem suum plagæ morbo/fam/nuditati, tanq; imanibus feris cōficiendum, relinquat. Huic Comes, tu quidem recte, sed ego te miserabilior, qui non modo nihil quod dem, sed ne me quidē metipsum habeo. Quid loquor? agedū miles, habeo quod dem, gerebat loricā hamis contextam, non consertā, non paruæ pecuniā, eam protinus sibi distractam militi dedit, cunctis qui aderant, talet fortunam in tanta uirtute prope deflentibus. Vbi ad conspectum regis uehit, in augusta sedentis sella, extra iactum lapidis ex equo descēdit, genuq; posuit, paulūq; progressus, iterū adorauit, tertio non procul ab rege cum adorasset, nec rex assurgetet, nullūq; dū signum clementiæ in uultu ostenderet, erū pebant omnibus lachrymæ, gemitusq; ac singultus. cogitantibus; qua e spe, & in quam recidisset, cui genua submittenti ad pedes sedētis in regia sella pauloante competitoris, in tāto procerum amicorū cōcetu, ne salutationē quidem, aut clementem uultum impetrare fas esset. Cum præsertim regis Petri filia, eademq; matertera ad pedes sororis filii aduoluta, mu liebribus precib⁹ ueniam marito precatetur. Rex cōmotos assistentiū, ac flentes uultus intuēs, prospexit sibi, inquit, mature, & non ad ultimum obstinationis peruenisset, nunc postq; uenenum in nos omne cōsumpsit, ad clementiā uenit, uoluntas tamen eadem perstat, quæ fuit. Cui detur iterum grassandi materia; iam denuo de nostra pernicie cogitabit. Necessitas hoc ab eo officiū expressit. Voluntati igitur, quæ nulla, neq; erga nos, neq; ad bonum & æquum est, nihil debemus, necessitatī, quæ promisimus, abunde præstabimus. Ulterioribus autem beneficiis, nos ita subito in eū uti, mores sui dissuadent, ne nobis iterum officiat bene fecisse, & angue gelu cuectum,

LIBER TERTIVS.

geli enectum nostro lare focillasse. Meis tamen moribus, q̄ istius potius utor, & mihi q̄ ipsi ero similior. Tu uero Aluare ducito tecum hunc in aliquid pro sua dignitate tentorium. Hic finis conatum Iacobi Aragonii fuit, ut minus deformis q̄ Bernardi Capreræ, ita multo miserabilior. Quippe ex tanta regni assequendi spe, ex maximis opibus, ex ingenti populiarium atq; optimatum fauore, uulgata iam fama uelut regis futuri, in perpetuum carcerem ergastulūue coniecti, cuius calamitatis hæc quoq; accessio fuit, ut quem adire nunq̄, etiā si ab eo cum summo honore excipiendus esset, constituerat, regem uidere non sustinens, eum uictus captiuusq; & quod extremitum malorū est, omnis spei uacuus adorauerit. Tertio mense q̄ obsideri Ballagerium cœptum est, & oppidū & dominus in ditionem uenerunt. Finisq; bellis atq; certaminibus in omnibus, quæ regi Aragonum parent, regionibus impositus est. Eadem in castra maiorū in Italia regi allatus est nuncius. Ladillaum regē Neapolī uel febri, uel ueneno paucis diebus q̄ illuc languens applicuerat, demortuum esse. Is simul ac Ferdinandum audierat declaratū regem, legatos miserat, qui gratularentur. Præterea de foederatione contra Ludouicum, cōmunem amboq; hostē agerent. Ferdinandus ubi gratias egit, q; legatos ad gratulādum ille misisset. Quod ad foederationem attinet, amicitiam, inquit, Ladilla caram quidem sibi esse & expetendā, foederationem uero aduersus Ludouicum inire, non esse suæ æquitatis. Filium illius competitorem suum fuisse, hostem eū nunq;, nunc sublata amulatōne, agnoscerē se utrūq; & amicum & propinquū. Quoq; pater consobrinæ uir esset, filius ex consobrina eadem natus, promptioremp; se esse ad amicitiam inter ambos reges conciliandam, q̄ ad inimiciā fouendam. Suadere utrisq; ne toties in fortunaq; uitæq; ueniant aleam, ne urbes suas absundi evertiq; uelint, potius q̄ aliquātulum de suo iute decedere. Nihil pace iucundius, nihil bello esse tristius. Quod aut ad se ac te

HISTORIARVM

gnum sum pertineat, magis e cōmodo suo fore utrūq; regē,
aut utrūq; habere, aut facere sibi amicū, neutri fouendo, hoc
ipso ut neuter offendatur, q̄ alteri fouendo, alterum inimicū.
De Ladislai uirtutibus uitiisq; dicerem, nīsi res longius a pro-
posito nos retraheret. Huic successit Ioanna fato quodā intra-
breue spatium tot regnis ad fœminas residentibus, quemad-
modum paulopost contigit de regno Nauarræ, quod postea
Ioannes Ferdinandi secundus ab Alfonso filius, matrimonii
iure sortitus est, cum Neapolitanum sperauisset. Nam de cō-
iugio cum Ioanna regina conuenerat, ad quam cum se defer-
ret maritus, in ipso itinere uxorē nupsisse accepit Iacobo Co-
miti Marciæ viro in primis strēnuo, & qui sub Ferdinandō
in utraq; expeditiōe aduersus Granatēses militauerat. Huius
facti culpam nescio an ipsi adscribam, an suasoribus, qui in
Gallicanam, q̄ in Hispaniam gentem propensiones, gallicum
uirum præligere coegerunt, infausto atq; infelici euentu, tū
ipsis coniugibus, tum reipub: Neapolitanor̄. Hunc semper
exitum habent, quæ ab infandis, illicitisq; incœperunt. Ver̄
id me maxime angit atq; afficit, q̄ iram diuinam aut non in-
telligunt homines, aut post interiectū aliquod tempus obli-
uiscuntur. Vtī nunc reginæ sui ciues suaserunt, moxq; dissua-
serunt, ut Ioannē regis filiū uirū acciperet, sic iterum Alfon-
sum, ut adoptaret filiū, deinde abdicaret. Magnā tamen cri-
minis portio penes ipsam quoq; fuit nullorū minus amantē,
q̄ maritoꝝ, aut filioꝝ, in alterum fratum fallacem uxorē, in
alterum pessimam matré. De qua cum multa in sequētibus
libris dicenda sint, hæc pauca attigisse sit satis, ad significan-
dam temporum memoriam. Nunc eodem unde discessimus
reuertamur. Confecto bello, rex ex Ballagerio digressus spe-
cie prope triumphantis in Aragoniā, Cæsaraugustāq; uersus
iter intendit, diadema accepturus, maior etiā ac uenerabilior
q̄ abierat. Nam prius populi sui strēnuitatē eius tantū audi-
uerant, nūc etiam præsentes cognouerant. Exoratus ab iller-

LIBER TERTIVS.

densibus, qui maxime uictoria ea exultabant, ut illac transi-
ret, non transiuit solum, sed etiam apud eos mansit complu-
sculos dies. Vbi Alfonsus peractis iam conuentibus, patri
occurrit, atq; ita Cæsaraugusta peruenierunt. Conuocati autē
ad solēnia coronationis sunt, ueneruntq; ex omni ferme His-
pania proceres. Portugallenes soli, præter Granatenses, non
affuerunt, q; alieno a Castellanis animo essent. quorum rex
alioqui haud dubie, sicut rex Nauarræ, regalibus festis cere-
moniisq; affuisset. Constat inter omnes, qui illi festo uel præ-
fuerunt, uel interfuerunt, nec uidisse nec audisse celebriores
splendidioresc; pōpas atq; ceremonias. Ideoq; de ea satius est
tacere, q; parum dicere, ne aut longiores simus, aut non pro-
dignitate perstringamus. Augebant autem iocuditatem sole-
nitatis, q; quinq; filii circa patrem uisebantur, quoq; medius
inspectante omni coetu, patrem, priusq; regali crismate tinge-
retur, cinxit ense equerius, utpote prædictus illa dignitate,
q; magister equeriorū sancti Iacobi esset. Nondum enim rex
equerius erat, quales alii multi, quorum & rex Petrus aius
eius fuerunt, & talem prius q; regem necesse est esse. Sed aiūt
eum qui creatus est rex, posse sibi suapte authoritate tribue-
re illam authoritatem. Hæc est recepta hominū opinio, hæc
militariū uirog; uelut sanctio, quasi quisq; sibi ipsi queat esse
author, ac se ornare dignitate, aut si habet eam prærogativa
regii culminis opus sit ab altero quoq; accipere, aut sacrosan-
cta maiestas, quæ ritu sacerdotum ungitur, unde christi
uocantur, necesse habeat post hæc titulo equerii decorari,
exili friuolo, & ex ignorantia nato ausim dicere, quod pace
cum aliorum, tum præcipue regum dictum sit, contumeliā
regiæ maiestati faciunt, qui hanc dignitatem, si hoc nomen
meretur, suscipiunt. Non secus atq; si supra diadema ferrum
ex rosis floribusq; suspēderent. Postq; rex ab episcopo Oscen-
si, quia Cæsaraugustana sedes uocabat, archiepiscopi parti-
bus fungente, unctionis coronatusq; est, deducitur ab omni

HISTORIARVM :

illa celebritate e templo per urbem sub uexillis , primum in domum regiam , deinde in idem templum , in quo noctem illam per uigil , armatusq; iuxta uexilla accensa , ingenti ui reorum uenerabunde religioseq; permansit . Postridie Alfonsum primigenium Gerundæ principem creat , quæ est peculiaris dignitas eius filii , qui patri in regnum est successus . Hic quoq; die quidem cum mirifica pompa per populos suo diadematè coronatus obequitauit . Nocte uero iuxta uexilla per uigilium egit . Cæteraq; haud admodum magna , nec ita digna memoratu satius est omitti . Eodem anno legati a Sigismundo , qui concilio Constatinensi præcerat , ut Romanorum imperator , uenerunt postulantes uellet certum locū , & tēpus constituere , in quo possent uterq; de republica Christianorum , quæ ad summum pontificatum pertinenter , comunicare . Eadem mandata habebant ad Benedictum , itēq; ad regem Castellæ . Rex animaduertens totum pondus hoc suis humeris incubere , non modo q; utriusq; regni unus ipse gubernaculum teneret , sed etiam q; Benedictum ad unitatē ecclesiæ solus adhortari posset , & prope impellere , legatum ad imperatorem misit , quem habuit honoratissimum Ioannē Iseri dominum , ex uetus regum stirpe , & in litteris humanitatis ex omni Hispania nulli secundum . Idq; quod mirabile sit , sine præceptore ea est uehementis ingenii , & immortalis memoriarum felicitas , neminem ne ex iis quidem , qui omnē operam , atq; omne tempus in studiis ponunt , uidere mihi cōtigit , in quottidiano sermone abundantiore , ueterum testimoniis præceptisq; referendis . Auget etiā admirationem , q; corpus athleticum , decorq; uultus ab omni eum studio revocare debuisset , nisi ab ineunte adolescentia , non excellere litteris puduisset , quem nemo nec genere nec opibus , nec corporis atq; animi dotibus , ex sua gente antecelleret . Huic mā datum est , non modo ut locum tempusq; , atq; alia imperatori nota faceret , sed etiam ut eum eximio comitatu deduceret .

Legati a sigismundo
imperatori & Constantini
comitiis

LIBER TERTIVS.

Perpinianum. Hunc namq; locū delegerat, ubi certior factus esset, papam regemq; illo se cōtulisse. Vbi legati imperatoris functi legatione apud Benedictum, in Castellam iter intenderant, rex a papa per nuncios petit, quem ad locum, diemq; libeat in colloquiū utrūq; conuenire. Responso accepto, Moreliam, id nomen est loco, sed anticipato die uenit, quasi officii gratia papam excepturus. Enim uero modestioris animi habetur præstolari nos eū, qui par maiorue sit nobis, q; uelle ut ille nos præstoletur. Id papa iniquo sane animo tulit, inter prætatus se tanq; ad superiorē uideri uenisse, cū rex ad papā ut inferior uenire debuisse, nec excusationem uel officii, uel ignorantiae uolebat accipere: usq; adeo ut uicario eius, qui dixit, discite a me qui mitis sum & humilis corde, professa dominatur ambitio. Multæ sunt latebræ in pectorib; humani, atq; abditi recessus. Id ipsum fortassis obtendebat papa, ut aliqua ratione postulatis regis nō acquiesceret: itaq; re infecta digressi sunt. Iterum post dies complures, cum papa in oppido, cui nomē est, sancto Matheo ageret, illuc eum adiit, persuasitq; ut Perpinianum una se conferrent, ne causam suā absentia, ueluti diffidentia damnare uideretur. Contendebat autem de papatu in tria membra lacerato, ac tria capita diducto, Benedictus, qui Clementi, Gregorius, qui Innocentio, Ioannes, qui Alexandro successerat. Sed cum prius celebrare nuptias primigenii decreuisset, impetrat ab eodem, ut Valentiam ad sanctificandos cōiuges proficiscatur. Extructoq; misericordio apparatu atq; omnifaria pompa, quæ cum die coronationis certaret. Aduenit Sancius episcopus Palentinus ducēs sponsam, pronubus & uelut parens puellæ, cum Henrico infante, qui pro rege Castellæ Perpinianum pergebat, cumq; omni nobilitate Castellana. Eam benedicens & suo & matris a qua uices acceperat, nomine, sponso tradidit. Quos ambos dehinc summus pótifex, ut moris est sacerdotū, in tēplo multis cū ceremoniis sanctificauit atq; deduxit. Exornauit autē

sistma nūm̄ pont.

HISTORIARVM

Ie^titiam nuptiale, tum anni tempus, sub extremū enim ueris
erat, tum nativa soli cæliq^z tēperies, pene ad nuptias contra-
hendas nata. Siquidem liquet nusq^z in omni Hispania urbis
situm esse clementiorē. Quod indicant cū alia multa, tū uero
orti non tantū cytris consiti, sed etiā cytreis parietibus uiuēte
materia conclusi ut dubites orti ne sint, an ædes. Nam cū ni-
hil aliud insit q̄ arbores frugiferæ atq^z felices, manu positæ,
institutæ, digestæ, quid nisi orti dicēdi sunt? Rursus cū au-
dis extrinsecus esse parietes, intus autem aulam/conclauia/
curiā, item facella/altaria/sedilia canonico^z/thronū episcopi,
& cætera hīnōi, nō aliud q̄ ædes esse succurrit. Sunt enim pa-
rietes ex truncis cytrio^z confecti, & tamen frōdibus uestiti,
ut perspici introrsum nequeant, ne dum intrari. Ita cū ramī
adolescunt intorquent atq^z inflectūtur, ita insiti atq^z inseriti,
cōsiti atq^z cōserti coalescūt, ut omnes rimē explēatur, ut nihil
uacui relinqua^r, ut pariter firmitatis ex truncis, & decoris ex
frōdibus, ratio cōstet. Eodē pacto introrsum, qux enumeraui
cōposita sunt, clericis per se, laicisq^z deseruientia. Pauimentū
Laterculo quadrato, uitreatoq^z ac picto constratū est. Vt non
alias apud Elysū sedes beatoz, in nemoribus lucisq^z poetæ
sint imaginati. Nec alia quodāmodo in paradiſo terrestri in-
nocentium hominū futuræ fuerint. Hi orti intra muros Va-
lentiæ sunt, proxime eis amcenitate sunt, alteri extra pome-
rium, secundū regiā domū, quā pons fluuiū amplectēs, urbi
pene cōiungit. Celebratio hæc per quindecim circiter dies ex-
tracta ē. Post totidē ferme dies, nequa gaudia sine calamitate
aliqua traduca^r, sicut raro tristia sine aliquo solatio sunt sic
enim nos deus admonet, subinde & nostræ fragilitatis, & suę
clemētię, accidit ut rex sicut sedebat cū domesticis colloquēs,
subita defectione corporis delaberet, & inter assistentiū suc-
currētes manū aliquādiu intermoteret, rumorq^z in uniuersa
nō solū domo, sed urbe quoq^z uulgaret, repētina morte sub-
tractum. Medici, ut in extre^mo casu opitularent, acciti, di-

LIBER TERTIVS:

cuntur se occultasse præ metu, neue in præteritū negligētiæ, neue in præsens insciētiæ pcenas luerent. Laborauerat quidē rex ex renibus, uir alioqui prospera ac uegeta ualetudine. Subitum autem morbū pituitæ uolūt incurrisse ex assidua māfione sub diuo per noctē, ad hæc frequētiore edulio cucumeris cuiusdā, quē uocant malignantū. Accitis tamen indigenis medicis, fomenta adhibita sunt, aliæq; curationes. atq; ita reuixit. Postero die post acceptam potionē, cū melius haberet, gratulabantur ei nōnulli, q; hunc in modū uaticinio defunctus esset. Etenim fertur quidam siue ex prēnōsticis corporis p̄sagiens, siue oraculo aliquo instinctus (nam astrologiæ prēdicere mortes non tribuo) dissipasse famam, nondum exacto quatriennio regem uita defuncturum. Rex tamen neq; prophetanti plane crediderat, necq; nūc magnopere cōsolantibus acquiescebat. plus suæ conscientiæ de ualetudine sui corporis fidei habebat, q; in utrancq; partem alioq; uerbis. Vbi aliquantulum conualuisse uifus est, hærebat in dubio, an appetente atq; instantे tempore Perpinianū se conferret. an Alfonsum pro se mitteret. Atq; ut ipse ambigebat, ita diuersæ erant suadentium sententiæ, uel potius uoluntates. Pauci nanq; in cōsulendo quod sentiunt, pleriq; quod cupiunt loquuntur. ut nō sine causa regis prudentia præstare cæteris debeat. cui nō satis sit displicere quæ dicantur, nisi etiā quo animo dicant. Nam frequenter consilium, quod alioqui optimum uidebatur, dephensa cōsulētis obliqua uolūtate, authoritatē perdit, ac uelut inane cōtemni. Non attinet affectus causasq; oīum qui consulebāt, ac misteria proferte. Tantum quid suaderēt, & quibus rationibus adduci se dicerēt, satis est attigisse. Alii hortabantur ad constitutum locum ire, ne imperatorem, ne summum pontificem, ne concilium senatumq; christianog;, ne gloriam suam contemptui haberet. Alii rursus adhortabantur, nunc rogantes nequid saluti suæ anteferret, parceret domui, quæ ex sua unius uita penderet. nūc admonentes

HISTORIARVM

nihil transfigi, nisi incolumi salute posse, nemini magis q̄ pro
uiribus esse præstandum: excusare licet suā cuiq; incōmodā
ualetudinē. cū p̄fertim id per alios recte administrari possit.
Rex uerecundia tactus, ne in tanto theatro ubi papa & im-
perator digladiaturi essent, incusaretur. q̄ filium adolescentē
q̄ se interesse maluisset, honestatem saluti præposuit. si salus
honeste negligi potest. Facto igitur profectionis suæ papa cer-
tiore per cōplures antea dies, ne rursus quod in Morelia cōti-
git usū ueniret, cum omni familia mare ascendit. Nam nec
reginæ tam affecta ualetudine uirū non comitari fas erat: &
cū pleraq; per Alfonsum in patris uicē administranda essent,
inhumanum uidebatur uxorē puellulam nuper ductā, domi
solam in urbe peregrinā relinquere. Profectæ aut̄ sunt eodē
aliæ duæ reginæ Iolanta & Margarita Glores, humanæ cōdi-
tionis exemplū. Nullæ enim fœminæ infelicius uiris orbant
q̄ reginæ sine cōmunitib; liberis. Iunior grandiori comes iit
ueluti matri cū Sigismundo acturæ de concilianda amicitia
ineundocq; fædere inter generum & Ferdinandū, ad recupe-
randum illi regnū Neapolitanū. Rex prope omnem suæ di-
tionis oram q̄ longa est emensus, pluribus diebus aduersa té-
pestate usus est, & cū altū tenere nollet, sed quo minus iacta-
retur, terram legeret, eo diutius iactatus est. Transierat autē
iam æquinoctium autūnale: atq; ita uexatus, ut per omne té-
pus quo fuit Perpiniani decubuerit: nec unq; equo uectus sit.
Aegreç; adueniēti imperatori obuiam processerit. Nam papa
(ut diximus) anteuerterat. Qd' si Ferdinandus officiose & ex
sua Cæsariscq; dignitate egit, ut certe egit, q̄ illū p̄uenit, pru-
dentiū relinquo iudicio, an idē sit de illa moreliana ātecessio-
ne sentiēdū. Quantū aut̄ certaminis fuerit Perpiniani inter
multos canes ac uetulā uulpé, & p̄lögū est relatu, & a nřo nō-
nihil ope alienū. Cui⁹ uiri quātus aio uigor, quāta uiuacitas
fuerit, hinc fides documentūq; accipi pōt, q̄ iā ab oibus fere
destitutus, quos sibi affuturos sperauerat, die quodā septē ho-

LIBER TERTIVS.

ris disputationē extraxit. Defatigatisq; audiēdō omnibus, ac plerisq; iam abeuntibus, dicere perseuerauit citra signum ullū defatigatiōis, cū maior esset septē & septuaginta annis. Nitebat aut probare tū uerū se papam esse, tū si renuncian- dum ob cōmune cōmodum foret, in se uno nōnullisq; Roma- nis canonīcīs, quos ipse nuncupasset, consistere summi pon- tificis electionem. Nam se unum omnium esse indubitatūm cardinalē, ab indubitato creatum papa. Cum cæteri qui se eodem nomine appellarent, creati essent tempore schismatis, ut incertum sit, an ueri sint cardinales, & ob id an rite delige- re summum pontificem possint. Aduersus hanc orationem multis iam annis cōmentatam meditatamq;, cum rex eodem recideret (quid enim intererat an nulla ratiōe uellet abdicare se papatu, an illa) hortabatur rex ut cōcordiæ ecclesiæ, ut sa- luti animarū, ut conscientiæ cōsuleret, cōmonefaciebat Alfon- sus. Nam is q; pater ad eum frequentius uenitabat) ut trepi- dationem animi, ut corporis periculum, ut præsentē & apud posteros futuram infamiam deuitaret. Minabatur impera- tor suam nniuersalisp; concilii censuram. Obscurabant amici ac familiares, ut cætera cōmoda, q; quis minora, q; incerta quā- tumlibet magna, si qua modo magna supersint; præponeret. Non deesse spem recuperandæ dignitatis. Quippe in tanta uirtute ac litteratura, qua non modo præstaret iis qui de pa- patu secū contenderent, sed prope nemini cederet. certe sum- mum cardinalē, & secundum a papa futurū, si aliis fieret. Post quē defunctū aliā spē fore, habiturū legatiōes ppetuas, quibus pene par summo pontifici esset. Afferebatur ab oībus exéplū Gregorii ac Ioānis, quoq; uterq; pōtificatu se abdicare uel spondebat, uel cogendus esse dicebatur. At ille qui an- nūm papatū mallet, q; longissimam uitam priuatus uiuere. Quiq; iam dediscere non posset aliū q; papā agere, cætera ne- glexit præ umbra illius nominis. Itaq; iffecto negocio, ac prin- cipibus legatiōibusq; desertis, Colibriū abiit, ubiq; mare con-

HISTORIARVM

scendit, ac Paniscolam petiit. Hoc loco rex insignem atq; maiorem multo q; uideatur rem fecit, q; illum pro conuicto pronunciari præcepit. neminemq; ex suis & regis Castellæ provinciis ad Petrum Lunam, sed concilium Constantiense regi sacerdotalium gratia pergere. Nam se authorem ille, cogendi concilii de rege declarando, se diligendo & iudicum principē, se iudicii maturādi ducem, se ut iudices ita sentirent atq; audient, effectorem fuisse, dicebat. Nec id omnino falso prædicabat. Qua spe fretus nō existimauit fore, ut ab eo rege desereretur, de quo tam meritus esset. Sed is qui neglecta ualitudine ad diem uenisset, ut de iure papatus disquireretur, nō potuit animum inducere post cognitam huius uel iniustitiā uel obstinationē, ut criminis tanti particeps ei esset. Voluitq; hominem huiusmodi, ueluti sectione aut adustione sanare, ne totus interiret. Duo quoq; familiarissimi illius atq; eloquētissimi viri Vincentius Ferrarius & Philippus Malia, alter Perpiniani decretū regis aduersus Petru quondā Benedictū, notum populis fecit. Alter pro legato Constantiā missus est. Quare ausim affirmare, Ferdinandū regem ad unitatē ecclesiæ plus q; cæteros principes, etiam q; ipsum Sigismundū cœtulisse. Ille ut conciliū in sua urbe ad finem perduceretur ueneranter annixus est. Hic (ut cætera transeam) pontificatū ex urbibus suis exemit, amicissimum ac de se optime meritū virum a sede domoq; sua eiecit, & omnem prope Hispaniam concilio & ignoto summo pontifici donavit. Quarto demum mense ab omnibus Perpiniano discessum est. Qua in urbe omni eo tempore uictum gratuitū imperatori legatisq; præbitum, & cuncta nō carius mercatos fuisse homines, q; prius cœsuerant. Minora sunt, q; ut in tantis rebus memoranda sint. Reuersus illinc Ferdinandus rex itinere terrestri ob terrarium maris, nondum deseuïete hyeme, Barcellonā peruenit, extenuato corporis habitu præ diutino morbo, cuius ortum ignota causa attulit, incrementū nauigatio, accessionem cura

LIBER TERTIVS.

laborq; reg; cum imperatore ac papa componendag;, miceror quoq; ex discessu tam obstinato amici, & necessitate sua, qui primus eum quodāmodo ferire gladio regio coactus est. Ad dita sunt ad extremū ex ira atq; indignatione egrediū aliamēta, & morti calcaria. Orta est ira atq; indignatio ex re quā animo quidem iam pridem præuiderat, sed asperiorem opinionem sua expertus est. Et alioqui ægroti hominis, ut corpus ita animū grauius afficit omnis offensa. Paucis diebus q; Barcellonam uenit, cum se nihil sane ex morbo conualescere animaduerteret, dixit inter domesticos se in animo habere Castellam petere. Primum ut in ccelo ac solo natali maturius ad bonam ualetudinem rediret. Deinde ut negotia regis pueri recognosceret, atq; ordinaret. Tum ut Granatēse bellum necessitate intermissum instauraret, cū propter superiores causas, tum uero ut eo parto, atq; in manus Ioānis regis tradito, uicissim ab eodem grāndi pecunia adiuuaretur ad luendum regni sui patrimonium, sed multo magis esse e sua tū dignitate tum utilitate, si citra alterius opem, & mutuo acceptam pecuniā, sola authoritate a suis populis quod suū esset recuperaret. Itaq; aptius tempus esse ad rem tēptandam, priusq; in Castellam iret, ne res ipsa diuturnitate obduresceret, neue pecuniam hanc nisi ea indigeret, cogendam curaret. Quæ cū cogi cōmode nisi se præsente non posset, necessariū erat eodē iterum se redire. Si obstinatos ad restituendū gratis patrimonium regium populos suos intellexisset. Nam quod se absente per alium isti ad hoc ipsum adduceretur, non erat sperandū. Voluit igit a minimis tētare Barcellonensū animos. Siquidem ut minimū est, si præciū astimes regem uectigal pēdere ciuib; suis, ita maximū, si rei indignitatē, p̄cipue in emūdis obsoniis, cuius uectigalis immunes sunt clerici, atq; olim nobiles erāt. Quæ res adhuc in controuersia est. Et contigit forte prima pugna cum lanio, a quo regius dispensator obsonium mercatus in soluendo precio, cū portionem illam

HISTORIARVM

Rex uir galia
oluerit cogit' suis
civibus

uestigalis non connumeraret, primum lis, mox clamor, postremo atrox tumultus exoritur. Res hinc ad regem, illinc ad senatum magistratusq; defertur. Omnia utrobiq; ira/follitudo/querimoniis / minis implentur. Rex iubet accersi principem magistratum senatorumue, quos consiliarios vocant, numero quinq;. Quoꝝ princeps est, qui saepius cæteris eum magistratum gessit: uocaturq; consilii caput. Is erat Ioannes Ceuillerius, qui ueluti ad mortem uocatus, cum detretire non posset, inito cōcilio inter primores ciuitatis, iussus est behe sperare. si periret ipse, se parentaturos ei sanguine omnium, qui apud regem essent. Neminem, si moriendū sit, honestius unq; aut mortuū aut vindicatū esse. præstaret patriæ gehérosam animi fñdolem, redderet cæteros suo exēplo ad capessendam uirtutem alacriores. Nullum veterum Romanorum præclarissimus fuisse facinus, hoc quoq; æternæ memoriæ litterisq; mandandum. Hæc tametsi excitabant animum: tamen magis ad non pereundū confirmabat, q; clausis tabernis videbat magnā partem populi in armis esse, & magistris operari suam polliceri. Disposita itaq; te familiari, conditōq; testamēto, occlusis hostiis ac fenestrīs domus, extincto igni, sedentibus in pānitentō uxore atq; filiabus, prosequētibus aliquantulum collegis ac cæteris ueluti dānatū destinatumq; inspectantibus ac miserantibus, ad regiam pergit. Iam magis ac magis tumultus intuascebatur, iam uulgas passim tremere audiebatur, & se inuicem acuebant, nec exhortatores ex primoribus usq; deerant. Ipsi etiam magistratus palā consiliarioꝝ regis culpam hanc esse dicebāt. Ideoꝝ si male consultum sit in principem consilii publici, neminē ex his qui cū rége sunt, cedem uitaturum, præter uxorem ac primogenitū. Nam hæ tres personæ apud eos sacrosanctæ habentur, Rex regina/atq; successor in regno. Quanq; ille Gerundæ per eos dies agebat. Vbi peruenit Ceuillerius ad ianuā cōclavis, ubi ab rege expectabatur, pulsat ianuā: nam ministros in prima aula ut

LIBER TERTIVS.

aula(ut moris est)reliquerat. Ianitor semiaperto hostio quis
esset interrogat, an Ioannes Ceuillerius. Hic aliquid fauoris
ex nomine magistratus acquirere uolēs, consiliarius, inquit,
sum ciuitatis. an Ceuillerius? ciuitatis inq consiliarius. Res-
ponde an Ceuillerius. Respondeo q consiliarius. Responde
quod rogo. nam alium q Ceuillerum intromittere iussus nō
sum. An me intromittas, an excludas, in tua est manu. Ego
consiliarius unus, sed pro omnibus sum. Ideoq; parui refert
interrogare de nomine. Hæc cū ille ad regē detulisset. Aperi,
inquit, Ceuillerio. Ex pertinacia enim se Ceuillerū esse consi-
tetur. & contumaciam qua mecum usurus est, in istis uerbis
quæ dixit hactenus præfert. Cum ingressus est hic, & regem
adorauit. Quo mihi rex, inquit, istam adorationē tanq regi,
quem cogis ueluti subditū pendere uectigal, & quidem sub-
ditum tibi tuisq collegis? Nam cui tributum uectigalq pē-
ditur, nisi his qui pendī cogunt? Vos ergo me ad hanc serui-
tutem cogere potestis? uos regem uestrum tributariū uectigā
lemq facere uultis? uos regiam maiestatem uestro, si nomen
meretur, magistrati obnoxiam addictāq uideri non erube-
scitis? Quod(ni uos reges, non ego, aut superiores rege estis)
monstri profecto ac prodigiī simile, regē ciuibus suis pēdere
uectigalia. Episcopus/abbates/priores/canonici, & quicunq
sunt ordinis clericalis imunitate hac fruuntur. Nobiles pro
eadem recuperanda litigāt, nam olim fruebantur. Nos reges
infra nobiles, infra humillimos quosq clericorū quatenus ad
imunitatem huius uectigalis pertinet, erimus? Non afferā
e regno patris mei, non ex aliis huius ætatis exēpla. Certe La-
cedæmonii apud quos bini reges erant, & magis perpetui cō-
sules q reges, ita parū in urbe, multum in bello poterant. uo-
luerunt illos huius contumeliaz exortes esse. Taceo gentilia.
Quis unq Hæbræcōg regum aliquando uectigal audiuit pepē
dissē, & non potius regi uectigalia esse pensitata? Non id nūc
postulo ut mihi illa pensitetur, quanq & possem, sed ut regiæ

Rex corra uectiga
lia ad supmū
senatorē /

spūales no solum
uectigalia -

HISTORIARVM

dignitatis ratio constet. Neq; enim de pecunia res est , de qua si certaretur, pudendum uobis erat tantulum sumptum regi uestro non gratificari.sed de pudore meo, de authoritate huius sedis, de fama apud exterias nationes. Quibus rebus cū uos tantopere aduersemini, quid aliud nisi cupidos esse significatis nostræ turpitudinis/dedecoris/infamiae , sine ulla uestra , si saperetis , laude ac dignitate? Et cum decorum uobis pulchrumq; ducatis regem uestrum afficere contumeliis, tamen de uestra in regé fide atq; caritate apud nos aliasq; nationes gloriamini.Dedecus potius uestrum ac contumaciam perfidiamq; confiteamini. Licet & uobis persuasisti, hæc indigna mihi tolerāda esse.Ego regnum filii fratris propagavi, ego statū clericalem quantū per unū regem prestari poterat. direxi.schismate ex Hispania exploso, meum ipsius ius negligam? ac maiestatem regiam ab improbis, ne ui magis uidear uos q; ratione uelle cohercere.Nec ignoro id unū quod responsuri sitis.sed istud commodius ubi abs te prolatum fuerit (ut spero)confutabitur . Quare datur tibi potestas pro te respondendi tuisq; collegis. Tum Ceuillerius, recte tu quidem rex, q; ais unum esse quod responsurus sum. & id quod sit opinor diuinas.Sed hoc ipsum unū magni sane momenti & quod in te cōformidasti attingere. Scis enim te iureiurando adactum promisisse conseruaturum nostra priuilegia,nec aliquod eoz rescindere conaturum . Idē superiores reges ut promiserunt, sic exoluierunt.Quos cur nolis imitari rex,sed potius dānare, iūsiurandūq; tuū polluere,ac promissa tua facere irrita , magnopere miramur , & tua pariter ac nostra causa dolemus . Tua,qui(cum bona uenia dictū sit)iniuste facis. nostra, qui bus iniuria fit . Ex quo pariter optamus tuā honestatē & nostram utilitatem incolumem esse . Neq; indignū duxeris rex clarissime,te pro nostra in principem nostrū obseruātia a nobis uel admoneri uel rogari , ut & pudori tuo & quieti tuoꝝ populoꝝ consulas. Sed ego plus q; unum pergo dicere,nec de

Senacor regē admonet
bfini iuramenti de for:
uandis primitijs:

LIBER TERTIVS.

iure tantum loqui uideor , sed etiam (quod absit) consilium dare quare id unū quod incēperam dicere, pro nostro iure dictū sit, vectigalia reip: esse, non tua eaq; conditione nos te regem accepisse , teq; iureiurando interposito rata nobis hæc fore recepisse. Ideoq; nos sanctius (iterum pace tua dictū sit) certare q; te. Verum quid ad tuam honestatem pertineat, ipse uideris. Id tamen quod meum est, ac meo& collegarum testatum apud te uolumus, ut quantum coneris, intelligas, citius nos uitā , q; istam libertatē tibi concessuros . Necq; enim honestior ac gloriōsior nobis obitus cōtingere potest q; p libertate, pro ornamenti, pro amplitudine patriæ , nec minus nos defunctos celebrabunt ciues nostri, q; suos celebrant Athenienses atq; Romani . Tametsi, quod maximum est, merces nostra apud deum, ueluti martyrum (Martyres enim sunt, qui ueritati ac iustitiæ assunt) nobis proponitur . Quo magis ut bonos & christianos decet, quod facere nolebam , admonere te habeo . Prospicito quo progrediaris, neue innocentia tuæ ciuitatis ac tuo& saluti male consulas. Non enim moriemur, si moriemur, inulti. Cum hæc rex audisset , conuerso ad afflentes uultu, quanta uersatur (inquit) in pectoribus humani uesania: qui sub umbra iustitiæ, non intelligunt patrocinium se auaritiæ uanitatiq; præstare. & si pro ea pereant, non temerarie ac furiose perire, sed fortiter . Refers mihi non modo Athenienses Romanosq;, sed etiam martyres, quasi tu pro honesto, pro uero, pro religione contendas. Qui ne pro patria quidem uerba facis , sed pro scelere, perfidia, superbia . Quo de periculo nūc agitur? & propter quod tantas rerum uerborumq; procellas cietis? Credo templa spoliantur, innoxii homines ad necem suppliciumq; rapiuntur, æratium deniq;, nedicam grauiora compilatur. Pro quo conseruando tantū concitari tumultum deformissimum erat . Vectigal carnis similiūq; ne rex pendat ciuib; suis, id uos tātopete cōmouet? in hoc salus & amplitudo patriæ uertitur? pro hoc tibi mortem

*Reffus' regis pru
donissimi.*

HISTORIARVM

oppere honestissimū ac gloriosissimū est: hoc te Atheniensibus: hoc te Romanis: hoc martyribus similē faciet: O rem inauditā, regē suum in seruitutē ciuium suō redigi uelle. Id uero pulchrum, laudabile, & immortali gloria dignū est: An non hæc abiectissimorū hominū cōtumacia est, atq; ambitio, & Luciferi arrogātia? qui dicit, Ponā sedē meā ad aquilonē, & ero similis altissimo. Iam posuistis uobis sedē ad aquilonē: iam similes mihi estis: & nisi fallor etiā maiores. At enim iure iurando adacti sumus ad promittendū. Vos adegistis: an mihi erat integrū nolle iurare ac promittere, cui proponebat conditio? Si regni possessionem uellem iurandum pariter ac promittendū? Quid si non promittam? rex non ero? Videntis quo nam modo promittere cogitis, ac iurare, immo peierare. Peierare enim est, nō ex animi sententia iurare. Cuius tñ rei penes uos culpa est, nulla penes me. Ego enim id me p̄stitutum promisi (tieq; aliter licebat) quatenus iustum sit. Nunc regni leges, quas iuraui de cōseruando patrimonio regis, hoc me p̄stare prohibent. Quas infringere, q̄ istud iusiurandū, maius crimen est. Nam de superioribus regibus quoq; culpa aut necessitate in hoc deuentū est, nolo dicere. Non enim regum nomina, sed egregia facinora habent authoritatē. Illi nauē hanc ad suū iudiciū moderati sunt. Ego qui nunc eius clauū teneo, nō exēplum, sed rationē sequar. Iuraui, si recte seruandū est: si secus, corrigēdum. Nec enim iusiurandum est, quod nec ius, nec iurandū est. Sed quid ego aduersus hūc dispergo, qui nō modo rationibus, sed minis meū agere ausus est, & tumultum ciuitatis, & cedem meorū ostendere? Hoc plus est, q̄ uestigalis iura defendere. Secede paulisper in conclave illud interius. Ille ubi introiit, ut postea rettulit, circumferebat oculos, si quem laqueum, si quem gladium, si quem humorem, ubi p̄focaretur, si quam fenestram, qua p̄cipitaretur, uideret. Omnia imaginabatur, omnia timebat, omnē sonū strepitumq; horrebat, tanq; nex sibi iam iam

quo puto reges ad
Iurandū cōpelluntur:
per subditos!

iurare qd sic

Iuriandū qd sic:

LIBER TERTIVS.

inferretur & uerba regis apud se uoluentem aduētus sui pœnitere incooperat. Interea rex cū cæteris consultabat. Cmnes obsecrabant, præcipue Garaus Ceruellio præses Cataloniæ, Guillelmus Raimundus Moncada, Bernardus Caprera, ne quid in consiliarium ciuitatis male consuleret, neue præsentē furorem plebis imperitæ magis irritarer daret rei spaciū, nondum adesse maturitatē. Quod nūc negant, id ultro postea de laturos. Motū plebis esse torrenti similem, qui ad bréue tempus inflatus perennibus aquis concitatius fertur. mox a flū ac feruorem perditurus cogitaret quod ipse perspicere poterat, necdum tantum beneuolentiæ contractū esse inter se & gentem Catalanā, ut onus hoc libentibus animis possent accipere. Eius rei causam esse q̄ aliter q̄ fert eorū cōsuetudo, paucū se familiarem præbuerit, ob ingentes fortasse curas atq; occupationes tot regnorū. Additum quoq; est, non esse tentandū quid facere audeant, qui primigenio dicere ausi sunt die quodam in dissentione de supplicio santis cuiusdam, nondum exiccatum esse atramentū, quo exarata sunt instrumenta declarationis de successione, & præter leges moresq; iā fieri. Ignorabat id rei ipse rex. Nāq; eo in tēpore in castris agebat. Qua audita uehementer cōmotus iussit euocari Ceuilleriū, ad certam se mortem euocari opinantem. Atq; ei prope exangui, & timorē ipso uultus habitu atq; incessu declarati, inquit, Quid ita mortis metu apud te ipsum non uideris esse, qui tibi pulchram ac gloriosam contra regem tuum mortem ducis? Ne timeto, uiue, ut collegis tuis atq; ciuib; respondeas, uectigalia uestra uobis incolumia esse, meq; cedente ab hac pugna penes uos quidē esse uictoriā, sed nō tñ de me triūphanturos. His dictis Ceuillerius abiit ueluti qui de mediis hostiū telis ægre elapsus est. Quem timorem magna apud ciues gloria compensauit. Et sane si pro patria contendisse dicendus est, eximiam magnanimitatis meruit laudem. Hunc subsecuti sunt Garaus præses, & Guillelmus Mōcada.

HISTORIARVM

Vectigalq; ex suo pernumerauerunt, ne regē illi qui sibi solui
utiq; uolebant, soluere coegisse uiderentur. Postero die rex
nullis, præter domesticos, præmonitis, ex urbe excessit,
lectica uectus. Id cum palam factum est in ciuitate partim
lætabantur q; tanta tempestas sedata esset, partim uicem
regiæ dignitatis dolebant, q; tali a suis ciuibus contumelia
afficeretur. succensebantq; superbiæ atq; auaritiæ magistra-
tuum. Partim, & hi pleriq; omnes, dolebant uicem suam, qui
permagnis questibus ex regis absentia fraudarentur. Enim-
uero quemadmodum in præsenti certamine ciues fauebant
causæ ciuitatis, ita postq; resedit feruor animorum ad repen-
tinum turbati regis discessum, æquam fuisse causam eius af-
firmabant. Mittunt ergo qui orent, ne discedat ab eorum so-
lo, neue hunc immodum declareret infenso se in suam ciuitatē
animo esse. Futuros se in officio pensaturos obsequiis aliis, si
quid offendissent. Hic cum regem circiter sex millia passuum
extra murū nacti essent, breui responsione remissi sunt. Sunt
qui dicant eum respondisse, si rediret (ut petebant) illorum
malo redditū, & si uiueret, Barcellonam castigaturum. Sed
non perinde compertum est, ut pro uero queat affirmari. Et
si dictum est, non nisi inter intimos dictum, ut aliquo potius
familiarium uicem regis indignantium dictum est. atq; ab
aliis exceptum. Ideo non ita pro magno habitum. Vbi ad
Aquamlatam uenit, quod oppidum Barcellona abest paulo
plus itinere diei, grauius ægrotare cœpit. Quem ad locum ac
currit Alfonsus filius. nam Petrus aderat. duo secundus ac
tertius in Castella cum patruele degebant. Sancius paucis
antea diebus, sed pater ignorabat, calculo deceperat paterno
mørbo. Hūc deus ita præmisit, ut mortuū patrē in alio seculo
exciperet, iocūdus ac gratus post mortem. qui moriēs, nullū
illi doloris uulnus inflixisset. Magnum itaq; patri morienti
solatium fuit, nescisse Sanciū defunctū. Sed maius affuisse
Alfonsum. In huius ore, in huius alloquio, in huius pietate.

LIBER TERTIVS.

acquiescebat. Huius se præsentia existimabat diutius uiuere. Huic illud mirabile, quod nō ab omnibus æque ac magnum est, ponderatur. testimonium reddidit, ex septem liberis nulli magis obitum suum dolitus esse, q̄ Alfonso, qui defuncto patre, foret regnaturus. Ideoq; si non primigenius extitisset Alfonius, huic quantum in se esset regnū relinqueret. Extracta est ualetudo duos circiter menses, eoq; omnis nobilitas suorū regnorum atq; Castellæ non ad id modo oppidum confluxerat, sed ad vicina quoq;. Nam cuncti sedulitatem atq; officiū suum declarare studebant nō tantum regi sed filio. Ibi testamentū cōdidit. Legata plurima reliquit, religiosa pleraq;. ita ut non suppeterent pecuniaz, quas relinquebat. Ante se mortuum stipendiorū quæ domesticis atq; officialibus quocunq; ex tempore debebantur, pernumerari uoluit: & ab illis ipsis certior fieri an pernumerata essent. Hæc atq; cætera quæ ad animæ salutem, ad domus incolumitatem, ad regni stabilitatem pertinebant, ubi prouidit, inter suoꝝ colloquia atq; amplexus ad extremum usq; halitum plane loquēs, uelut in soporem solueretur, animam efflauit. quarto nonas Aprilis anni sextidecimi post millesimum quadragesimumq;. Cuius obitu præmaturo magnam non solum Hispania illa, uerum etiam nomē christianum iacturam fecit. Nemo enim regum Ferdinando maturius Granatam, ne dicamus Africā subegisset. Siquidem constituerat non magis numero q̄ delectu militum Aragoniæ atq; Castellæ Granatam urbem obsidere, binis e regione positis castris, unis Aragonum, alteris Castellanorū ut certatim pro gloria gentis uel religionis dimicaret. Sed nōnunq; optimi principes culpa populoꝝ ab æterno iudice subtrahunt. Nā magis subditos q̄ sua eū uiuere intererat. Cuius fere uita, sicut in plerisq; licet ex iocundis sane fuit tristibusq; pmixta. Etenim Ferdinād⁹ rege p̄e ort⁹ fuit, sed illū ante ips⁹ amisit. Ornamēta sortitus est ai corpisq;, sed ea apud fratrem minus fauorabilia fuerunt. Felix fuit prouētu

HISTORIARVM

liberog̃. sed ob hoc liuore proximog̃ perstrictus. Vedit filium regis generum , sed ne spe laberetur extimuit. Rursus , ut a malis incipiētes in bonis desinamus , in administratione regni ac belli a fratre præteritus est. sed amicorum præsidio sua uirtus nō est destituta. Proditus ad Setanillum , sed aliis uictoriis cladem compensauit. Ad Anticheram sepe frustratus , ad extremum uoti compos effectus est. Rursusq; regnum hereditarium sperauit , sed multis difficultatibus est iactatus. Adeptus est possessionem regni , sed rebelles cū magno status sui periculo compescere necesse habuit. Diadema cum tanto pompa splendore accepit , nuptiasq; celeberrimas filii uidit , sed subito morbo decubuit. Aspexit Cæsarem in domo sua & papam , regiam opem auxiliumq; deprecātem . sed contumacia suorum exulceratus est . Ita quicquid ex iusto uitæ spacio supererat , ut multa læta , sic multa fortassis tristia fuisse ex pertus . Veluti illud q; ex quinq; filiis , quasi dexteræ digitis , unum iam se perdidisse rescisset. Qd si quēadmodū a sapientibus dictum est , acerbiora sunt aduersa , q; iocundiora prospera , dicamus præclare cū Ferdinando esse actum , q; uiridis adhuc & in media ætate excessit e uita . cum præsertim hoc secum gaudium tulerit , q; tribus regibus proximis denegatū erat , ut filio regnum per manus traderet . ne dicam tali filio , quali nemo unq; meliore gloriatus est. Fuit autem Ferdinandus natura sane sublimi , ab omni tamen remota fastu animo fidenti atq; intrepido , sed aduersus iustitiam ueritatemq; demissō ac pusillo. In contumaces nocētesq; uehemens . sed erga eos qui allegarent necessitudines , paupertatē , morbum , ætam , aliasq; misericordiæ causas clementissimus amator bellicæ gloriae , sed ita ut pacem præoptaret . Liberalis inter pri mos , sed nō nisi religionis ac meriti causa . In admittendis ad intimā domus turbis procerū , & exercenda familiariter cum plurimis consuetudine non ita facilis , ut reges superiores extiterant . Sed qui nunq; claudi fore uoluerit his qui se indi-

LIBER TERTIVS.

gerent & in cœtu aut in itinere faciendo , siquem non facile posse accedere videbat , iuberet homini uiam aperiri , & ad loquendum hortaretur , comiteret & audiret & responderet . Ab obſcenitate non factorum modo , sed etiam dictorum ita abhorrens , ut pene nimius putaretur . Cibi uiniq; nullo paratu ad gulam , sed ob dignitatem personæ magnifico ac spléido . Veneris incredibili téperantia , & (ut affirmabant) intra matrimonii sanctitatem . Nam ut incertum est , cum alia eū fœmina post coniugium habuisse usum , ita nulla non nocte cū uxore cubasse compertum est . Neminem domesticorum partiebatur scortum in domum ducere , licet cuncta ut resciret flagitia domestica fieri nō poterat . Si resciebat , præsenti poena plecebat . Forte die quodam cum apud eum inter familiares controuersia foret atq; altercatio , uter præstantior in bello extitisset Hector an Achilles , interuenit Ioannes ferrandis , qui sicut quæ nam tanta omniū altercatio esset , nemo enim non alterutri parti aderat , ubi controuersiam audiuit , absit (inquit) optime rex in hoc apud te quæri patiaris , & fortissimum omnium & longe præclarissimum Hectorem cum fœdo ac flagitioso Achille comparari . Qua admonitione ad ductus rex , edixit , si quis domi suæ Achillem nominaret , continuo cum nunq; reuersurum exploderent . Caste quidem rex ac religiose . sed Ioannes imperite sane atq; indocte , homo quidem grauis probusq; ac strenuus , sed idiota . Apud Homerum quidem , qui haec scripsit longe abhorrent Achilles ac Patroclus ab omni suspitione flagitii . Quoꝝ alter non modo Hectorem , sed omnes Troianos , auxiliaresq; principes atq; exercitus solus fugauit . & nisi dii obstitissent contrucidasset , ita ut ne unus quidem fuerit superfuturus . Alter qui aliquantulo maior natu erat , aut par Hectori fuit , aut fortior . Qualis fuit etiam Agaménon . Nam Aiacem atq; Diomedem fortiores Hectore fuisse , qui eundem poetam sumpserunt in manus , nō ambigunt . Itaq; in hoc errore non qui accepit , sed

HISTORIARVM

qui dedit consilium repræhendendus est. Fuit enim Ferdinandus parum excultus litteris, sed ut illo seculo, & ut in Hispania nobilitate nō indoctus, doctorum tamen mirifice fautor, & suorum ad studia hortator. Nulli domesticorum salarium numerari uoluit, nisi qui testimonium a sacerdote attulisset eo anno se esse confessum, & corpus ac calicem domini cōmu nicasse. In honorem beatissimæ uirginis ad Anticheram instituit, ut fasciam albam, quam stolam uocant, transuersam ad pectus cum hydriala uolentes ferrent ab institutore impositam, certa lege ieuniorum ac precationum. Execrantium numina punitor acerrimus. Aleatores ut pestes exosus. Nihil enim boni uiri adesse existimabat aleatoribus & blasphemis. Pro absentibus & quos ipse misisset, q̄ pro his qui aderant diligētior. Quippe qui scripta eorū noīa in priuato quodā libello habebat. Et quoties quippiā uacaret, quod conferendū esset, ad illud tanq̄ ad ephimeridem se conferebat. Nec petentibus statim beneficia indulgebat, sed duo hęc prius animaduertebat, an alteri indultum esset, & an aliis dignior. Nihil intercedente pecunia cōculit. Nam eius minime auarus. Auxitq; pecunia sua, quam e Castella aduexerat, Aragoniam, Valentiam, Catalonia. Ideoq; ægre ferebat non posse mūficientiam consuetam exercere in tanta prouentuū exiguitate ex suis regnis solitus dicere, non agere regem, qui non plusq; posceretur donaret. In patrimonio regali tuendo tenax, quod qui alienarent, aiebat inimicos potius sibi parare, q̄ amicos, quia ex subditis illos quosdam regulos faceret, semper sollicitos ac suspicantes eorum iura licentiamq; iri deminutum. Statura fuit supra iustum, aspectu graui ac suaui, colore candido, satis plenis membris ac satis robustis. Elatus autem est maiori fune, pōpa q̄ quispiā omnis memorię Aragonū rex, inter proceres prope totius Hispaniæ, majoriq; & tempore & uiarum spatio. Plus enim triginta milibus passuum ab Aqualata remotum est templum sanctę Marię ad populetū,

LIBER TERTIVS.

ubi reges Aragoniæ sepeliuntur. Ita Ferdinandus rex non in sepulchra regum Castellæ suorum maiorum, sed in regum Aragoniæ illatus est. Illinc nemo regū, qui ex ea familia fuit, abest, præter Ferdinandū. Et hic nemo rex adest, præter hūc eundem ex aliena familia.

FINIS.

ERRATA QVAEDAM INTER IMPRI MENDVM INSIGNIORA.

In ternione b

Charta prima uersu 19 Olisippona 25 Originem.

Ch. 3 14 in externam 16 pro genero.

Ch. 5 59 ante portam.

c

Ch. 1 15 nō nihil 22 strenuissimum. 25 quo multitudo. 28 cupiebant. 33 idē faciunt. 36 aduersas proras.

Ch. 2 65 relaxatio.

d

Ch. 1 18 waiāac. 54 uincant.

Ch. 2 62 impressione.

e

Ch. 2 58 a tergo.

Ch. 4 30 centonibus 43 fortunam.

f

Ch. 5 41 felicitate.

g

Ch. 1 33 magis uiris.

Ch. 1 4 nationes eius ac prouincias.

h

Ch. 4 59 Catalonia.

i

Ch. 2 25 Cum in cōtentionem uenissent, iudicatus est. Mancus uidetur esse locus, ac sustituendum uerbum, habere, aut aliud non absimile.

k

Ch. 5 47 vendicamus.


l


Ch. 2 42 Certum est mihi.

Ch. 3 4 Sicubi unq;
m
Ch. 1 34 regnum suum: 35 & 36 fauendo:
Ch. 2 59 quotidiano.

ROMAE IN AEDIBVS MARCELLI
SILBER ALIAS FRANCK
MENSE FEBR.
M. D. XX.

NE QVIS AVTEM AB AEDITIONE
nostra in quinquennium hosce tris excudat libros,
cautum est edicto Leonis X. pont. opt. max. cuius etiam
auspiciis, nulla fere tam seposita religionis nostræ natio
est, quæ iam a Romanorum litteris abhorreat.





• "j

